

MARTYNO MAŽVYDO LAIŠKAI

M. ROČKA

Pirmosios lietuviškos knygos autoriaus M. Mažvydo biografijos ir raštų tyrinėjime vieną iš spragų sudarė tai, kad mokslininkai neturėjo visų jo laiškų, kurių išliko trylika. Iki šiol turėjome tik vieną pilną jo laišką ir keletą laiškų trumpesnes ar ilgesnes ištraukas¹.

Ligi Antrojo pasaulinio karo M. Mažvydo laiškų rankraščiai buvo Karaliaučiuje, o paskui pateko į Getingeną. Pastaruoju metu iš ten buvo gautas visų jo išlikusių laiškų mikrofilmas². Pagal tą mikrofilmą ir publikuojami M. Mažvydo laiškų tekstai, o taip pat pateikiamas jų vertimas į lietuvių kalbą.

Reikia tikėtis, kad ši publikacija padės mokslininkams papildyti mūsų spausdinto rašto pradininko biografijos ir kultūrinės veiklos duomenis, įgalins padaryti gilesnius sprendimus ir labiau pagrįstas išvadas, o taip pat geriau pažinti tas aplinkybes, kuriomis buvo sukurta pirmoji lietuviška knyga.

Publikuojamieji M. Mažvydo laiškai rašyti 1548—1561 m. laikotarpiu. Išskyrus pirmąjį laišką, rašytą Karaliaučiaus universiteto rektoriui, visų kitų adresatas buvo vienas — Prūsijos kunigaikštis Albrechtas. Daugumoje laiškų M. Mažvydas dejuoja dėl savo neturto bei sunkios materialinės padėties. Taip jis skundžiasi ne tik tuo metu, kai vos tik pabaigė universitetą ir dar tebegyveno iš stipendijos, bet ir 1561 m. vasarą, kai jau bent kiek turėjo būti prasigyvenęs ūkiniu atžvilgiu. Juk jis gaudavo (apie tai pasisako pats viename laiške) 70 markių metinės algos, Ragainėje turėjo du sklypus žemės. 1561 m. kunigaikštis Albrechtas jį drauge su Širvintos pastoriumi Tomu Gedkantu dar apdovanoja sklypu žemės ir Virbalyje (Naujojoje Valioje). Be to, M. Mažvydas buvo vietinės valdžios vertėjas, vedė korespondenciją dėl sielinių ir kitokių pirklių, kurie atplaukdavo čion Nemunu iš Didžiosios Lietuvos. Matyt, jog ir už tai gaudavo tam tikrą atlyginimą.

Skundus dėl materialinės padėties sunkumų iš dalies galima paaiškinti tuo, kad tam tikrą laiką M. Mažvydas išlaikė gana didelę šeimą: tris savo žmonos brolius ir dvi seseris, kurie po jo pirmtako Ragainėje, pastoriaus Lauteršterno, mirties buvo likę visiškai našlaičiais. Bet, tur būt, svarbiausia jo ūkinių nesėkmių priežastis buvo silpna sveikata ir „neūkiška prigimtis“. Apie tai jis ir pats kalba savo laiškuose.

¹ Zr. Senieji lietuvių skaitymai, K., 1927; Tauta ir žodis, t. 4, K., 1932; Bertoleit, J., Die Reformation unter den preussischen Litauern.—„Jahrbuch der Synodalkommission, Königsberg, Th. 1, 1932; Forstreuter, K., Die Herkunft der preussisch-litauischen Reformatoren.—„Zeitschrift für slavische Philologie“, T. 7, H. 1/2, 1930.

² Jis yra Lietuvos TSR MA bibliotekos retų spaudinių skyriuje.

Drauge reikia neužmiršti ir to meto literatūrinės aplinkos, kai humanistinėje literatūroje būdavo mėgstama materialinio suinteresuotumo tematika. Matyt, ne veltui pirmajame laiške jis sau pavyzdžiu kelia „elgetaujantį klientą“—Antikos poetą Marcijalą. Jis ne kartą pasivadina kunigaikščio Albrechto „klientu“ ar net „klientėliu“. Panašių pavyzdžių netrūksta humanistinėje italų literatūroje (pvz., F. Filelfas, P. Aretinas ir kt.), taip pat lietuvių humanistinėje literatūroje (pvz., P. Roizijus). Tai turint prieš akis, negalima M. Mažvydą charakterizuoti kaip žmogų, kuris labai siektų asmeninio praturtėjimo.

Iš tikrųjų M. Mažvydo laiškuose yra tokių vietų, kur jis savo globėjus prašo ne padidinti jo ūkį, o, atvirkščiai, paimiti jį ir vietoj to paskirti jam maistą iš pilies. Be argumentų, jog esąs ligotas, bevaikis, nenusimanąs žemės darbuose ir neketinąs krauti turtų, viena iš svarbiausių savo skundų priežasčių M. Mažvydas laiko tai, kad turimas ūkis ir su tuo susijusios nesėkmės suteikia jam be galo daug rūpesčių, atima iš jo lėšas, kurias galėtų panaudoti knygoms nusipirkti, ir atitraukia jį nuo skaitymo ir studijų (a lectionibus et studiis).

Iš tikrųjų M. Mažvydas mėgo knygas ir, matyt, turėjo savo biblioteką. Knygų, kaip rodo pirmasis laiškas, buvo įsigijęs dar studijuodamas universitete. Mažvydas skaudžiai išgyveno tai, kad neturtas gali jį priversti netgi turimas knygas užstatyti ar parduoti. Nors laiško autorius nemini, kokios knygos buvo jo bibliotekoje, bet, turint prieš akis universitete studijuotus dalykus ir išlikusį A. Kulviečio knygų sąrašą, galima spręsti, jog jo turėta ne tik religinių, bet ir pasaulietinio bei humanistinio pobūdžio knygų.

Prie studijų M. Mažvydas, be abejo, priskiria ir savo literatūrinę veiklą. Iš tikrųjų minimu laiškų rašymo laikotarpiu jis parengė keletą darbėlių lietuvių kalba. Protarpiu tarp universiteto baigimo ir paskyrimo į Ragainę M. Mažvydas išvertė ir beveik baigė išspausdinti „Giesmę šv. Ambraziejaus“ (1549). Jau gyvendamas Ragainėje, jis išvertė ir paskelbė „Formą Chrikštima“. Ten pat M. Mažvydas parengė ir „Parafrasį“, kuris išliko tik prie J. Bretkūno 1589 m. leidimų, bet kurį gal ir pats buvo išleidęs tarp 1558—1562 m. Ragainėje jis beveik visiškai parengė savo svarbiausią darbą—giesmyną, kurį jau po autoriaus mirties 1566 ir 1570 metais išleido B. Vilentas. Taigi, visi tie ūkiniai rūpesčiai ir vargai, dėl kurių M. Mažvydas tiek daug skundžiasi savo laiškuose, nepajėgė nustelbti jo literatūrinio darbo pomėgio.

Apie tai, kad M. Mažvydas gerbė mokslą ir kovojo dėl jo, rodo ir viename jo laiške aprašyta byla su nemokytu, bet jžūliu ir sugebančiu intriguoti Ambrozijumi Žete, kuris pretendavo į jo parapijos diakonus ir mokyklos mokytojus (ir, matyt, vis dėlto jis tos vietos negavo).

Laiškai rodo, kad Martynas Mažvydas ne visada gerai sugyvendavo su žmonėmis. Matyt, jis buvo griežto ir nenuolaidaus būdo šeimininkas, nes pas jį nepabūdavo žemės ūkio darbams samdomi bernai, o vienas kaimietis kartą jį net apkūlęs, kilus ginčui dėl pievos ribų.

M. Mažvydą valdžiai skundė Tilžės vokiečiai, kaltindami jį erezija, būtent osiandrizmu. Priežastis tam veikiausiai buvo ta, kad minėtieji jo darbai „Forma Chrikštima“ ir „Parafrasis“, buvo išversti iš bažnyčios agendas—Kirchenordnung (1558), kuri vėliau tapo pavadinta „osiandrine“, nes vienas iš jos autorių buvo Osiandro žentas J. Aurifaberis. Šią agendą tepriėmė tik trečdalis pastorių. Kiti pastoriai jos atsisakė ir dėl to kai kurie pateko į kalėjimą arba turėjo bėgti. Minimajai agendai smarkiai priešinosi ir Tilžės pastorius magistras Egidijus Lebelis, kuris buvo pagrindinis M. Mažvydo (kaip paaiškėjo iš jo 1560 m. laiško) kaltintojas

dėl osiandrizmo, kai jau oficialiai buvo atsisakyta tos prūsiškosios protestantizmo atšakos³.

M. Mažvydo laiškuose gana plačiai atsispindi reformacijos reikalai Prūsijos kunigaikštystėje. Religiniais reikalais rūpinosi tik valdantieji sluoksniai ir dvasininkai, o valstiečiai jais visiškai nesidomėjo, visą dėmesį skirdami žemės ūkio darbams. Iš laiško turinio ir formos matyti, kad M. Mažvydui būdingas tam tikras religinis fanatizmas. Bet neužmirština ir tai, jog laiško autorius labai priklauso nuo Prūsijos valdžios. Prisimintina faktai, kad ne vienas, bent kiek nepaklūsęs kunigaikščio Albrechto religinei politikai, skaudžiai buvo nukentėjęs ir net galvą padėjęs (pvz., dvaro pamokslininkas J. Funkas). Todėl, kaip rūpestį ūkiniais reikalais, taip ir didelį religinį „uolumą“ negalima besąlygiškai pritaikyti asmeninei M. Mažvydo charakteristikai.

Stilistiniu atžvilgiu visiems M. Mažvydo laiškam būdingas tas bruožas, kad jie parašyti literatūriškai. Tuo būdu laiško autorius siekė ne tik tų tikslų, kuriuos dėstė laiškuose, bet ir teikė jiems platesnę — kultūrinę bei visuomeninę reikšmę. Jis norėjo, kad jo laišakai būtų skaitomi maloniai. Čia M. Mažvydas pakluso vyraujančiai humanistinei dvasiai, taip aukštai kėlusiai literatūrą bei meną, plėtusiai jo pritaikymo ribas ir įvedusiai daug meninių elementų į žmonių tarpusavio santykius ir į paprastą buitį.

Suteikdamas savo laiškam literatūrinę formą, autorius mėgsta gana gausius retorinius elementus, į ką ir to meto mokyklose, ir viešajame gyvenime taip pat būdavo krepiama daug dėmesio. Siuose laiškuose yra nemaža ilgų periodų, hiperbolių, dvynarių išsireiškimų, tiesioginės kalbos. Visa tai M. Mažvydo laiškam suteikia tam tikrą stilistinį pakilumą. Tą aukštąjį stilių stiprina ir humanistinės literatūros iš viduramžių paveldėti ir taip pat į Mažvydo laiškus perėję skambūs ir aukšti valdžios žmonių titulai („Sviesioji aukštybė“ ir kt.). Apskritai, M. Mažvydo laiško kalba rodo, jog jų autorius gana gerai mokėjo klasikinę lotynų kalbą. Tuo Martynas Mažvydas irgi pasirodo esąs humanistinės pakraipos rašytojas⁴.

I

M. Mažvydo laiškas, rašytas Karaliaučiaus universiteto rektoriui 1548 m. vėlai rudenį (spalio—lapkričio mėn.)

(Prašo tarpininkauti, kad gautų iš kunigaikščio žieminių drabužių, nes jo visiškai susidėvėję.)

Etsi te⁵, Clarissime vir, tam crebro accedere vereor, tamen quia talis pudor viro egenti inutilis censetur esse, quo postposito tuam Magnificentiam accedere constitui mecum. Itaque quod tam saepiuscule convenio te, vir Praestantissime, non temeritati meae, quae nulla est in me, sed egestati, quae, ut Martialis inquit, multa tentare suadet cogitque, erit ascribendum. Qua de causa una cum his accesserim te, vir Ornatissime, breviter accipe. Tempus gelidum seu hybernum prae foribus astat, contra

³ Arnoldt, D. H. Kurzgefasste Kirchengeschichte . . . Königsberg, 1769, S. 267—268.

⁴ Apie M. Mažvydą kaip literatą plačiau žr. Mykolaitis, V., Literatūriniai elementai Mažvydo ir jo amžininkų raštuose.— „Senoji lietuviška knyga“, K., 1947, p. 127—158; Ročka, M., M. Mažvydo lotyniškieji raštai.— Literatūra, t. V, 1964, t. 7, p. 101—121.

⁵ Publikuojamajame tekste šiek tiek pakeičiama rašyba, priartinant prie dabartinės lotynų kalbos rašybos, būtent „j“, „f“, „ß“, kai kuriais atvejais „u“, pakeičiamos atitinkamai „s“, „ss“, „v“. Didžiosios raidės, rodančios to meto visuomeninius santykius, paliekamos kaip originale. Skyryba čia ta, kuri vartojama lietuvių rašto kalboje.

quod si quis non est munitus et sibi non prospicit, periclitatus sine dubio de valetudine sua. Cum vero ad depellendum frigus vestimenta non apta, verum lacera et vehementer attrita habeam, de quibus expediendis ab Illustrissimo Principe, domino nostro Clementissimo, tuam Magnificentiam, vjr Clarissime, accedendum putavi. Alium enim, ad quem accederem in hac re, praeterquam te, patrone noster, perpetua mente colende et suspiriende, nullum vel novi vel scivi. Haec itaque est causa, cum simul cum his venerim ad te, colendissime Patrone. Quapropter, quam humillime possum, te, vir Praestantiss: oro, ut haec mihi apud Illustriss: Principem expedias. Si enim vestimenta nunc mihi data fuerint, tunc satis habeo in duos annos neque essem molestus in efflagitandis Illustrissimo Principi et tuae Magnificentiae. Sin vero mihi denegata fuerint, durissima sustinere cogar frigora et valetudinis meae diminutionem non modicam. Ad occurrendum proinde his imminentibus malis seu incommodis te, vir Clarissime, iterum atque iterum oro, ne reicias meas preces, quas iam fundo ad tuam Excellentiam; verum pro pietate et clementia solita hoc opus pium et dignum tua Magnificentia, mihi vero maxime necessarium et gratissimum, conficere velis. Facturamque tuam Excellentiam id pendulo animo esse minime possum. Bene tandem his ac feliciter valeat tua Magnificentia in Nestorios annos ad gloriam Dei, ad utilitatem et ornamentum Reipub. Christianae, et ad peculiare solamen et refugium nostrum. F. T. M.

deditissimus Martinus Mossvid
Protomartyr dictus, artium Baccalaureus.

I

Vertimas

Nors droviuosi taip dažnai kreiptis į tave, garsusis vyre, bet kad tokia sarmata, kaip visi supranta, neturtingam žmogui nenaudinga, ją atmetęs, vis dėlto ryžtuosi trukdyti tavo kilnybę. Taigi tai, kad taip dažnai lankausi pas tave, garbingasis, tenebūnie laikoma mano įžūlumu — jo aš visai neturiu —, o tik neturtingumu, kuris, kaip sako Marcijalas, žmogų paskatina ir net priverčia daug ką išmėginti. Todėl tau trumpai išdėstysiu, ko aš drauge su šiuo laišku atvykau pas tave, didžiai garbingasis vyre.

Šaltas, arba žiemos, metas jau čia pat, už vartų, ir kiekvienas, kuris nėra nuo jo apsaugotas ir tinkamai pasiruošęs jį sutikti, be abejo, rizikuoja dėl savo sveikatos. Kadangi aš tam šalčiui įveikti neturiu tinkamų drabužių, o tiktai suplyšusius ir labai sudėvėtus, nusprendžiau dėl jų kreiptis į tavo kilnybę, garsųjį vyrą, kad juos gaučiau iš šviesiojo kunigaikščio, mūsų maloningojo valdovo. Juk kito žmogaus, į kurį galėčiau kreiptis tokiu reikalu, be tavęs, mūsų visada širdingai gerbiamas ir mylimas globėjas, aš nė vieno nepažįstu ir nežinau. Taigi, čia ir yra ta priežastis, kad su šiuo laišku atvykau pat tave, didžiai gerbiamasis globėjas. Todėl, kiek įmanydamas, nuolankiausiai prašau tave, garbingasis vyre, kad tuo mano reikalu kreiptumeis į šviesųjį kunigaikštį. Jei jis tuos drabužius man duotų, tai jų man užtektų dvejiems metams, ir jų prašinėdamas, neįkyrėčiau nei šviesiajam kunigaikščiui, nei tavo kilnybei. Jei gaučiau dėl jų neigiamą atsakymą, būčiau priverstas labai šalti ir netekti nemaža sveikatos. Dėl to, kad išvengčiau tų, man gresiančių nemalonių blogybių, pakartotinai prašau tave, garsusis vyre, išklausti mano maldavimų, kuriuos dabar kreipiu į tavo kilnybę, ir teiktis dėl tau įprasto

gailestingumo ir maloningumo atlikti tą gerą ir vertą tavo kilnybės, o man — didžiai reikalingą ir maloningą darbą. Kad tai tavo kilnybė padarys, nė kiek neabejoju.

Baigdamas laišką, linkiu, kad tavo kilnybė laimingai gyvuotų iki Nestoro metų dievo garbei, krikščionių visuomenės naudai ir šlovei, o mūsų didžiulei paguodai ir prieglobsčiui.

Tavo kilnybei didžiai atsidavęs tarnas
Martynas Mažvydas, vadinamas
Protomartyru *, mokslo bakalauras

II

Kunigaikščiui Albrechtui 1549 m. pradžioje rašytas laiškas

(M. Mažvydas prašo paskiriamas kunigu į Labguvą ar Ragainę. Sakosi nemokąs vokiečių kalbos, bet puikiausiai kalbą savo gimtąją, lietuvių kalbą. Karaliaučiuje jis negalys toliau gyventi dėl oro nepastovumo, dėl silpnos sveikatos ir menkos stipendijos. Kadaiše kunigaikštis prیزadėjęs juo visada rūpintis. Vadina save mokslo siekiančiu žmogumi.)

Ante paucos dies, Illustrissime Princeps ac Clementissime domine, Clarissimus ac Doctissimus vir Magister Ioannes Funck tuae Illustris Celsitudinis nomine me sollicitabat de suscipienda conditione in oppidulo Labiensi, in quo post obitum pii viri Simonis conditio vacat seu caret Pastore. Ego vero meam operam Ecclesiae Labiensi non denegaveram, immo per Magistrum Funck promiseram sub hac conditione, si concionator Lituanicus, qui est in Steintham vel aliquis alius eo non mitteretur a tua Illustri Celsitudine. Sed iam audivi neque illum concionatorem Lituanicum, neque alium quemquam in eum locum esse missum. Quapropter hisce meis constitui tuam Celsitudinem orare atque rogo, ut mihi velit tua Celsitudo ea conditione prospicere. Nam hic diutius tum propter valetudinariam vitam, tum etiam propter aëris intemperiem et propter alias causas manere non possum. Sed fortassis in eum locum videor esse minus aptus ob hanc unicam causam, quia non calleo aliquantulum Germanice. Etsi vero ignorem Germanice, tamen quia meam nativam linguam Lituanicam, dico, perfectissime scio, non esset mihi ea conditio deneganda. Verum si iam conditio ista Labiensis est alicui designata, nolo eam ambire. Nam potero in alium locum mitti. Veluti quoque audio, Ragnetae parochiam esse magnam satis et ab aliquot annis carere Pastore atque interim multos infantes sine Baptismo et adultos multos sine confessione et sacramento altaris mori asserebant. Quod certe periculosum est. Quapropter et ea Parochia indiget idonea persona. Idcirco tuam Illustrēm Celsitudinem, dominum nostrum Clementiss: rogo, ut mihi dignetur unam ex his duabus designare conditionem. Nam hic me honeste sustentare diutius propter recitatas causas et propter exiguum stipendium non possum. Idque tuam Illustrēm Celsitudinem facturam haudquaue dubito. Promiserat namque olim tua Celsitudo mei velle semper rationem habere; cui ego firmissime innixus sum promissioni. Si porro nulla harum mihi deputabitur conditio, humillime rogo tuam Illustrēm Celsitudinem, Clementissime Princeps, ut meum mihi pauxillo pecuniae augeatur stipendium, ne possim rebus necessariis ad studia meae vocationis et ad honestam sustentationem carere. Haec enim si non adsunt studioso homini, facillime frangitur animus ipsius. Idquoque me promptissime impetraturum a tua Illustri Celsitudine, Clementissime Princeps, certus sum. Bene tandem his ac feliciter valeat tua

* Pirmuoju kankiniu.

Illustris Celsitudo, Princeps Clementissime, in Nestoreos annos ad gloriam sanctissimi nominis divini, ad utilitatem Reipublicae huius Clarissimi Ducatus Prussiae ac reliquorum Ducatuum vicinorum et ad singularem nostrum omnium solamen. F. T. Ill. Cel.

Martinus Mossvidius,
Artium Baccalaureus,
Alumnus deditissimus

II

Vertimas

Prieš keletą dienų, šviesus kunigaikšti ir maloningasis valdove, garsusis ir mokyтasis vyras magistras Jonas Funkas * tavo šviesiosios aukštybės vardu paragino mane užimti vietą Labguvos miestelyje, kuri po šviesios atminties vyro Simono mirties yra laisva, nes nėra kunigo. Aš nuo savo patarnavimo Labguvos bažnyčiai nebuvau atsisakęs, dargi per magistrą Funką buvau tai prižadėjęs su sąlyga, kad ten tavo šviesiosios aukštybės nebūtų siunčiamas Steintamo arba kuris nors kitas lietuvių pamokslininkas. Bet dabar jau sužinojau, kad nei tasai lietuvių pamokslininkas, nei kuris nors kitas į tą vietą dar nėra nusiųstas. Todėl nutariau šiuo savo laišku prašyti tavo aukštybės, ir dabar to meldžiu, kad tavo aukštybės teiktusi man paskirti tą vietą; to prašau dėl to, kad negaliu čia ilgiau pasilikti tiek dėl sveikatos būklės, tiek ir dėl oro nepastovumo bei kitų priežasčių. Bet gal tai vietai galiu pasirodyti ne visai tinkamas tik dėl tos vienintelės priežasties, kad nekalbu nė kiek vokiškai. Vis dėlto, nors ir nemoku vokiškai, kadangi savo gimtąją lietuvių kalbą moku, sakau, kuo puikiausiai, nereikėtų man tos vietos atsakyti. Jei ta Labguvos vieta jau kam nors kitam paskirta, nenoriu į ją veržtis; aš sutiksiu siunčiamas ir į kitą vietą. Kaip girdžiu, gana didelė Ragainės parapija jau keletą metų neturinti kunigo; be to, žmonės pasakojo, kad tuo metu mirštą daug kūdikių be krikšto ir suaugusių be išpažinties ir altoriaus sakramento. Tuo tikrai reikėtų susirūpinti. Dėl to šioje parapijoje trūksta reikalingo asmens. Todėl meldžiu tavo šviesiąją aukštybės, savo maloningąjį valdovą, kad teiktumeis paskirti man vieną vietą iš šių dviejų: iš tikrųjų aš dėl minėtų priežasčių ir dėl menkos stipendijos čia negaliu ilgiau tinkamai gyventi. Visiškai neabejoju, kad tavo šviesioji aukštybės man paskirs vietą. Juk kadaise tavo aukštybės buvote prižadėjęs visada teiktis atsižvelgti į mano reikalus. Tuo tvirčiausiu pažadu aš dabar ir remiuosi. Jei vis dėlto nėra viena vieta iš jų man nebūtų skirta, didžiai nuolankiai meldžiu tavo šviesiąją aukštybės, maloningasis kunigaikšti, padidinti trupučiu pinigų mano stipendiją, kad nereikėtų man stokoti reikalingų dalykų savo pašaukimo studijoms ir tinkamo maisto. Juk jei jų neturi mokslo trokštą žmogus, labai greitai palūžta jo dvasia. Todėl esu visiškai įsitikinęs, kad tikriausiai tai gausiu iš tavo šviesiosios aukštybės, maloningasis kunigaikšti.

Baigdamas laišką, linkiu, kad tavo šviesioji aukštybės, maloningasis kunigaikšti, laimingai gyvuotų iki Nestoro metų švenčiausio dieviškojo vardo garbei, mūsų garsingosios Prūsijos kunigaikštystės ir kitų kaimyninių kunigaikštysčių visuomenės labai ir mūsų visų didelei paguodai.

Tavo šviesiajai aukštybės
didžiai atsidavęs tarnas,
auklėtinis, mokslų bakalauras
Martynas Mažvydas

* Magistras Jonas Funkas (Joannes Funk, 1518—1566)—nuo 1549 m. kunigaikščio Albrechto rūmų pamokslininkas. 1551 m. jis tapo J. Osiandro šalininku. Nors 1556 m. jis atsisakė tų savo pažiūrų, tačiau visiškai neatgavo valdovo malonės, ir po 10 metų jam, apkaltinus sąmokslu, buvo nukirsdinta galva.

Laiškas, rašytas kunigaikščiui Albrechtui truputį prieš 1549 m. kovo mėn. 18 d.

(M. Mažvydas dėkoja už paskyrimą į Ragainę. Prašo pinigų kelionės išlaidoms bei skoloms apmokėti ir audeklo kunigo drabužiams.)

Illustrissime Princeps ae Clementissime domine, cum accuratius perpendo, quae et quanta tuae Illustri Celsitudini debeam pro beneficiis in me collocatis, invenio tandem me plurima debere, praecipue autem gratitudinem. Eam itaque cum nullo modo possim declarare Tuae Celsitudini, praeterquam his tenuissimis literis, quibus principio decrevi Tuae Celsitudini gratias agere. Quibus vero verbis id faciam, ignoro. Tanta namque beneficia Tuae Ill. Celsitudinis in me collata sunt, ut nullus hominum, etiamsi haberet ingens flumen orationis, possit dignas gratias agere. Attamen ideo a gratiarum actione nequamque est abstinendum. Imo agenda et habenda sunt tales, quales imbecillitas nostra sinit habere. Ago proinde et habeo tuae Illustri Celsitudini, domino nostro Clementissimo, gratias non quas debeo, sed quas possum, pro omnibus beneficiis, quae ex tua ceu paterna pietate et munificentia in me pauperem hominem promanarunt. Deum vero, patrem domini nostri JESV CHRISTI, oro per eiusdem salvatoris nostri divitias, ut Tuae Illustri Celsitudini pro tantis meritis dignas referat gratias, quod ipsum facturum sum certissimus. Promisit enim sic inquires: Date et dabitur vobis.

Ceterum, Illustrissime Princeps, cum iam conditionem Ecclesiasticam a Tua Celsitudine impetraverim in Ragnet atque eo iam esset proficiscendum mihi, principio opus esset viatico, deinde etiam pauxillo pecuniae ad persolvendum debitum in hospitio meo, quod contraxi ad res utiles et necessarias studiis meis. Sed cum pro tenui fortuna mea, seu, ut verius exprimam, prae ingenti paupertate nihil habeam tum ad viaticum tum ad persolvendum debitum, ad tuam Clementiam, Illustrissime Princeps, tamquam ad dominum nostrum Clementissimum, confugio, enixe rogans, ut tua Illustris Celsitudo misereri mei velit et aliquantulum pecuniae tam ad viaticum, quam ad persolvendum debitum dignetur porrigere solita munificentia. Nam quo sustentem me in via, deinde quo satisfaciam in diversorio, nihil habeo, nisi libros meos, quibus opus habeo ad docendas oves Christi, oppignorem vel divendam. Sed ut hoc malum effugiam, Tuam Celsitudinem, Illustrissime Princeps, supplicissime rogo, ut me oculis Clementiae et misericordiae inspicere velis. Tuam namque Clementiam loco patris et matris Deus Omnipotens ex sua immensa bonitate elegit et ordinavit. Ad hanc igitur Benignitatem Tuae Illustris Celsitudinis accurro, petens Misericordiam et Clementiam, quam me facillime impetraturum non dubito.

Postremo esset etiam Tua Illustris Celsitudo omnibus modis oranda de panno qualicunque ad vestem religiosam seu sacerdotalem, ne homines haberent, quid reprehenderent in mea persona. Nunc enim mirabile est iudicium vulgi de hominibus doctis. Dicunt enim illos esse omnium doctissimos, qui vestes sacerdotales ferunt. Sed ego non curo tale iudicium: modo habeam vestem dignam et honestam, qua ministerium sacrosanctum, veluti in ordinatione promisi, ornem. Quapropter, si Tuae Illustri Celsitudini haec petitio videtur esse honesta et non temeraria, rogo, ut eam clementer suscipiat. Atsi est minus honesta, quaeso, ut veniam det mihi Tua Illustris Celsitudo. Haec enim petere non temeritas, sed honestas et necessitas compulit. Bene tandem et feliciter his Tua Illustris Celsitudo

valeat in multos annos ad gloriam nominis divini, ad utilitatem Reip. Christianae et ad Singulare solamen omnium nostrum subditorum Tuae Illustrissimae Celsitudinis. F. T. Ill. Cel.

Martinus Mossvid, futurus Pastor
ovicularum Christi in Ragnet etc
deditissimus.

III

Vertimas

Šviesusis kunigaikšti ir maloningasis valdove, giliau pasvarstęs, kuo ir kiek esu įsiskolinęs tavo šviesiajai aukštybei už man suteiktas geradarybes, pagaliau atrandu, jog esu labai daug skolingas, ir ypač — padėkos. Jos jokių kitu būdu negaliu išreikšti tavo aukštybei, kaip tik šiuo menkutėliu laišku,— juo iš pat pradžių ir noriu padėkoti tavo aukštybei. Kokiais žodžiais galiu tai išsakyti, nežinau. Juk tokių didelių tavo šviesiosios aukštybės geradarybių man suteikta, kad nė vienas iš žmonių, nors ir plauktų jo kalba lyg plati upė, negalėtų tinkamai atsidėkoti. Tačiau dėl to jokių būdu negalima atsisakyti padėkos. Priešingai, ją reikia išreikšti ir nepalianti dėkojus, kiek tik leidžia atsidėkoti mūsų silpnybė. Todėl dėkoju ir visada esu dėkingas šviesiajai aukštybei, mūsų maloningajam valdovui ne taip, kaip privalėčiau, o kaip galiu, už visas geradarybes, kurios dėl tavo lyg tėviško palankumo ir dosnumo pasipylė man, vargšui žmoguiui. Todėl maldauju dievą, mūsų viešpaties Jėzaus Kristaus tėvą, kad tojo mūsų išganytojo turtais jis tinkamai atsidėkotų tavo šviesiajai aukštybei už tokius didelius nuopelnus, ir esu visiškai tikras, kad jis tai padarys. Juk jis prižadėjo, sakydamas: „Duokite ir jums bus duota“.

Tačiau, be viso to, šviesusis kunigaikšti, kai jau gavau iš tavo aukštybės bažnytinę vietą Ragainėje ir kai turiu išvykti, pirmiausia man reikia kelionpinigių, taip pat truputį pinigų apmokėti buto skolai, kurią užsitraukiau, įsigydamas naudingų ir reikalingų dalykų savo studijoms. Kadangi dėl savo menkų išteklių, arba, teisingiau pasakius, dėl didžiulio neturto, nieko neturiu nei kelionės išlaidoms, nei skolai apmokėti, kreipiusi į tavo malonybę, šviesusis kunigaikšti, kaip į mūsų maloningąjį valdovą, labai prašydamas, kad tavo šviesioji aukštybė teiktųsi manęs pasigailėti ir dėl savo įprasto dosnumo rastų reikalinga duoti man truputį pinigų tiek kelionės išlaidoms, tiek ir skolai apmokėti. Iš tikrųjų nieko neturiu, iš ko galėčiau kelyje pragyventi ir kuo užsimokėti užėigos namuose, nebent jei užstatyčiau ar išparduočiau savo knygas, kurių man reikės, kai mokysiu Kristaus avis. Kad galėčiau išvengti šios blogybės, tavo aukštybę, šviesusis kunigaikšti, didžiai nuolankiai prašau teiktis į mane pažvelgti maloningumo ir gailestingumo akimis. Juk tavo malonybė visagalis dievas dėl savo begalinio gerumo išrinko ir pastatė tėvo vietoje. Taigi, prie to tavo šviesiosios aukštybės palankumo ir bėgu, prašydamas gailestingumo ir maloningumo. Neabejoju, jog tai man kuo maloniausiai bus suteikta.

Pagaliau, turiu tavo šviesiąją aukštybę labai prašyti gabalo kokios nors gelumbės dvasininko, t. y. kunigo, drabužiui, kad žmonės negalėtų mano asmeniui daryti priekaištų. Mat, dabar liaudis labai keistai sprendžia apie mokytus žmones: jie tvirtina, kad tie iš jų esą mokyčiausi, kurie dėvi kunigišką drabužį. Bet man nerūpi toks jų vertinimas, kad tik turėčiau tinkamą ir padėčiai derantį drabužį, kuriuo pagerbčiau šventąją tarnybą, kaip esu prižadėjęs ordinavimo metu. Todėl, jei tavo šviesiajai aukštybei šis mano prašymas atrodo garbingas ir nelengvabūdiškas, mel-

džiu, kad ji maloningai jį priimtų. O jei jis nepakankamai garbingas, prašau, kad atleistų man tavo šviesioji aukštybė. Juk to prašyti mane privertė ne lengvabūdiškumas, o noras išlaikyti gerą vardą ir neturtas.

Baigdamas linkiu, kad tavo šviesioji aukštybė laimingai gyvuotų ilgus metus, dieviškojo vardo garbei, krikščionių visuomenės labui ir didžiai visų mūsų, tavo šviesiosios aukštybės pavaldinių, paguodai.

Tavo šviesiajai aukštybei
didžiai atsidavęs tarnas
Martynas Mažvydas,
būsimasis Kristaus avelių
ganytojas Ragainėje ir t. t.

IV

Laiškas, rašytas kunigaikščiui Albrechtui 1550 m.

(M. Mažvydas dėkoja už gautus kviečius. Prašo vietoj apsemtos žemės paskirti kitą, išduoti parėdymą, kad tie parapiečiai, kurie laiko avilius parapijos žemės medžiuose, pusę medaus duotų jam ir nedarytų žalos jo pasėliams bei pievoms, lankydami bites.)

Quandoquidem, Illustrissime ac Clementissime Princeps, hoc tempore durissimo tua Celsitudo dignata sit me iuvare quindecim modiis siliginis pro honesta sustentatione mei meaeque coniugis, nunc idcirco tuae Illustri Celsitudini pro ea munificentia gratias quas possum, non quas debeo, ago et habeo. Debeo quidem tantas gratias agere (si consideretur donum mihi oblatum), quantas etiam si tota eloquentia Ciceroniana adesset, tamen non possem dignas agere. Nunc vero statui satis esse, quod declaro me esse gratissimo animo de ea liberalitate, qua mihi subvenire dignata sit Tua Illustris Celsitudo. Sed neque hoc satis est sic declarasse: Verum rogo Deum et patrem nostrum caelestem, ut per suum unigenitum filium salvatorem nostrum JESVM CHRISTVM Tuae Illustri Celsitudini pro ea munificentia dignas referat gratias. Idque ut Opt: Max: faciat assidue, ego ipse in privatis meis orationibus et in publicis simul cum grege Christi meae curae commisso orabo.

Caeterum, Illustrissime ac Clementissime Princeps, notum est Tuae Illustri Celsitudini esse Parochialem agrum Ragnetae illumque mihi Magnus dominus Capitaneus Ragnetensis eo tempore, quo Ragnetam veni, commisit, prout et praedecessoribus meis commissus erat. Prope hunc agrum Parochialem praeterito anno fundatus est ingens stagnus a domino Capitaneo Ragnetensi, a quo stagno pratum parochiale, ex quo tota spes alendi pecoris erat, unda repletum usque et ad hodiernum diem manet. Rogavi itaque Magnificum dominum Capitaneum Ragnetensem, ut sua Magnificentia mihi in alio loco simile pratum, pro illo prato inundato, velit dare, quemadmodum reliquis subditis tuae Celsitudinis, quibus simili modo prata aqua repleta erant, dederat. Sua autem Magnificentia respondit se id facere non posse absque mandato Tuae Celsitudinis. His proinde tuam Illustrissimam Celsitudinem supplex oro, ut velit tua Celsitudo mandare domino Capitaneo, ut mihi simile pratum, pro prato inundato, in Krokinischki prope aliud pratum parvum parochiale, det et assignet. Si enim pro illo prato aliud habere non potero pratum, nec neque vaccas, neque reliqua pecora fovere tempore hyemali potero. Sed spern concepī bonam de Clementia tuae Celsitudinis, quod ex mandato tuae Clementiae facillime aliud pratum obtinebo.

Deinde, Illustrissime ac Clementissime Princeps, in eodem agro parochiali sunt variae arbores factae in alvearia partim a subditis tuae

Illustris Celsitudinis, partim a subditis nobilium Ragnetensium, utpote Hans von Tubing, Martini Fritz, Antonii et reliquorum. Alvearia autem illa in arboribus eiusdem agri a praedecessoribus meis ideo sunt permissa parari, ut dent medium mellis ex quo libet alveari ipsis parochis, praedecessoribus meis. Nunc vero postquam praedecessor meus abiit et intra sex annos alius Parochus non erat electus et constitutus, subditi tum tuae Celsitudinis, tum nobilium Ragnetensium subditi, quibus permissum erat in arboribus agri Ecclesiastici alvearia parare, mel unusquisque eorum pro se usurpaverunt et adhunc usque usurpant. Praetera iidem veniunt visitatum apes, segetes et prata depascunt, lignaque furtim ex agro meo auferunt et alia multa incommoda agro inserunt. Tuam idcirco Celsitudinem, Illustrissime Princeps, supplex oro, ut velit T. C. mandare Magnifico domino Capitaneo Ragnetensi, ut istos omnes, qui in agro Ecclesiastico alvearia habent, compellat et praeripiat mellis medium ex quolibet alveari mihi dare prohibeatque ipsis, ne amplius talia incommoda agro, segetibus et pratis inferant. Nam sicut reliquorum hominum agri longe ab iniuriis abesse debent, sic quoque et ager parochialis omnibus incommodis et iniuriis carere debet. Et spero nullum iam amplius agrum meum passurum iniuriam, cum mandatum Tuae Celsitudinis habuero. Atque haec sunt pro quibus statueram supplicare Tuam Ill: Celsitudinem, quam Opt: Max: per suum filium seruet faelicem et incolumem in multos annos longaque tempora ad gloriam nominis sui sacrosancti, utilitatemque Reipub: Christianae et ad singulare nostrum omnium solatium. Amen.

F. T. Ill. Celsit:

Martinus Mosvid
Parochus Ragnetensis supplex.

IV

Vertimas

Kadangi, šviesusis ir maloningasis kunigaikšti, šiuo labai sunkiu metu tavo aukštybė teikėsi mane sušelpiti penkiolika saikų kviečių, kad aš pats ir mano žmona galėtume tinkamai maitintis, todėl tavo šviesiajai aukštybei esu dėkingas dėl tokio dosnumo ir dėkoju, kiek leidžia mano jėgos, o ne kiek privalėčiau. O privalėčiau, kai pagalvoju apie man suteiktą dovaną, taip didžiai dėkoti, kad net ir visa Cicerono iškalba man nepadėtų. Todėl dabar nutariau, jog užtenka pareiškimų, kad esu labai dėkingas dėl tokio dosnumo, kuriuo teikėsi man tavo šviesioji aukštybė pagelbėti. Bet nepakanka ir tokio pareiškimo: aš gi maldauju dievą ir mūsų dangiškąjį tėvą, kad jis per savo vienatinį sūnų, mūsų išganytoją Jėzų Kristų tavo šviesiajai aukštybei už tokį dosnumą vertai atsidekotų. Idant visagalis dievas visada taip darytų, melsiuosi ir aš pats ir drauge su mano rūpesčiui pavesta Kristaus kaimene.

Tačiau, šviesusis ir maloningasis kunigaikšti, tavo šviesiajai aukštybei žinoma, jog Ragainėje yra parapijos žemė, ir kad ji man, kaip ir mano pirmtakams, buvo paskirta kilniojo pono Ragainės viršininko tuo metu, kai atvykau į Ragainę. Netoli šios parapiinės žemės praėjusiais metais ponas Ragainės viršininkas įrengė didžiulį tvenkinį; dėl to tvenkinio parapijos pieva, iš kurios turėta vilties iššerti gyvulius, buvo užlieta vandeniu, ir jis ten tebetelkšo ligi šios dienos. Dėl to aš prašiau kilnyjį poną Ragainės viršininką, kad jo kilnybė už tą apsemtąją pievą teiktųsi man duoti kitur tokios pat pievos, kaip ir kitiems tavo aukštybės pavaldiniams, kuriems už panašiu būdu apsemtas pievas buvo davęs. Tačiau jo kilnybė atsakė negalys to padaryti be tavo aukštybės parėdymo. Todėl šiuo laišku tavo šviesiąją aukštybę nuolankiai prašau, kad tavo aukštybė

teiktųsi nurodyti ponui viršininkui duoti man už apsemtąją pievą panašios pievos Krokiniškiuose, šalia kitos, mažosios parapijos pievos. Jei už savo pievą negalėčiau gauti kitos pievos, tada žiemą negalėčiau išsišerti nei karvių, nei kitų gyvulių. Bet, pasitikėdamas tavo aukštybės maloningumu, tvirtai viliuosi, jog pagal tavo malonybės parėdymą tikriausiai gausiu kitą pievą.

Be to, šviesusis ir maloningasis kunigaikštis, iš dalies tavo šviesiosios aukštybės pavaldiniai, iš dalies Ragainės kilmingieji pavaldiniai, kaip Hansas fon Tubingas, Martynas Fricas, Antanas ir kiti, daugelį tos parapijos medžių yra pavertę aviliais. Tuos avilius parapinio lauko medžiuose mano pirmtakai buvo leidę įrengti su ta sąlyga, kad jie pusę medaus iš kiekvieno avilio atiduotų klebonams, mano pirmtakams. Po to, kai mirė mano pirmtakas ir šešerius metus nebuvo išrinkto ir paskirto kito klebono, tiek tavo aukštybės pavaldiniai, tiek Ragainės kilmingieji pavaldiniai, kuriems buvo leista įsitaisyti avilius bažnyčios žemės medžiuose, visą medų sunaudodavo ir iki šiol sunaudoja patys. Be to, jie suvažiuoja apžiūrėti bičių, nugano pasėlius ir pievas, vogčiomis nešasi malkas iš mano lauko ir daug kitų nuostolių jam pridaro. Todėl nuolankiai prašau tavo didenybę, šviesųjį kunigaikštį, kad tavo aukštybė teiktųsi duoti parėdymą kilmingajam ponui Ragainės viršininkui priversti visus tuos, kurie bažnytinėje žemėje turi avilių, ateityje duoti man pusę medaus iš kiekvieno avilio ir uždrausti jiems toliau daryti tokią žalą laukui, pasėliams ir pievoms. Iš tikrųjų kaip kitų žmonių laukams neturi būti daroma jokia žala, taip ir parapinis laukas neturi patirti kokį nors nuostolį bei žalą. Tikiuosi, kad, kai turėsiu tavo aukštybės parėdymą, joks kitas mano laukas daugiau nebepatirs žalos. Tai yra tie dalykai, dėl kurių nutariau maldauti tavo šviesiąją aukštybę: ją visagalis dievas per savo sūnų telaiko laimingą ir sveiką daugelį metų ir ilgus laikus savo šviesiausio vardo garbei, krikščionių visuomenės naudai ir didžiai visų mūsų paguodai. Amen.

Tavo šviesiąją aukštybę nuolankiai maldaująs tarnas

Martynas Mažvydas,
Ragainės klebonas.

V

1551 m. kunigaikščiui Albrechtui rašytas laiškas

(M. Mažvydas praneša apie Ragainės parapičių visišką nesidomėjimą reformacijos religiniais reikalais, siūlo uždrausti jiems keliones į Didžiąją Lietuvą, priversti juos lankyti pamokslus ir prašo leisti metinę vizitaciją įvesti.)

Cum ingens comminatio, Illustrissime Princeps ac clementissime domine, somnolentis negligentibusue pastoribus animarum apud Ezechielem prophetam expressa ostendatur hac sententia: „Sanguinem autem eius de manu tua requiram“, tum animum et mentem meam terrendo sic componit, ut munus meum diligenter obeam, quandoquidem in numero pastorum, vocante et favente primum Deo patre caelesti, tandem tua Illustrissima Celsitudine, constitutus sim. Sed qua diligentia hucusque oves Christi mihi commissae, curatae sint et curentur, testis est Deus, qui me in vocatione ista iuvat, et Magnificus dominus Capitaneus noster cum aedilibus Ecclesiae nostrae ac reliquis piis auditoribus. Nam dum huc veneram, inveni multos pestifera doctrina Papistarum sic obstinatos, quod circiter a viginti annis vel certe plus abhorruere a sacrosancto sacramento altaris contra clarum mandatum divinum et Ecclesiae sancte ordinationem: Ex iis autem, esti non omnes, tamen praecipuos Evangelica doctrina ad amorem verbi divini et usum sacramentorum atraxi, auxiliante Deo.

Reliqui vero obstinatiores, temen illi qui prope Ragnetam morantur quam procul, non solum verbum Dei vocale et sacramenta contemnunt, verum etiam quo diligentius curantur, eo magis in caecitatem et obdurationem ruunt papisticasque abominationes sequuntur. Caecitatem autem eorum inde manifestam habeo, quod petulanter vilipendunt doctrinam Catechismi et sacramenta ipsa, sine quibus verus christianismus fieri nequit. Iuxta namque mandatum Tuae Illustriss: Celsitudinis in ordinatione Ecclesiastica promulgatum, cum in baptisterio aut ante copulam simplicissimo modo inquiruntur de oratione dominica, articulis fidei et reliquis partibus Catechismi, tum ipsi ne syllabam quidem unicam proferre, at excusationes ridiculas optime norunt contexere. Aliqui etenim, interrogati de oratione dominica, asserunt se ideo nescire, quia propter senectutem obliti sint et quod etiam non possint addiscere. Alii iuventute excusant se inquietes: „Iuvenis sum, non possum discere, verum cum virilem aetatem ducam, tum discam“. Alii rusticis laboribus sese excusant dicentes: „Plus mihi die noctuque curae est cum agricultura mea ac domesticis laboribus meis quam cum oratione dominica articulisque fidei“. Ceteri alias innumeras impudendo ore praetexerunt excusationes, cupientes interim in compaternitatem vel in copulam matrimonialem admitti. Tam obstinatam malitiam eorum cum diutius tranquilla conscientia mea ferre non potuerim, constitui eam hisce praesentibus tuae Illustriss: Celsitud: significare tribus de causis. Primo, ut meam conscientiam (quandoquidem ea diligentia, qua fieri potest, instando verbo divino curo eos) inculpatum conservare possim ab illa gravissima comminatione, qua videtur Deus se omnino velle exigere gravissimas poenas ab illis, si qui negligentes pastores animarum inventi fuerint. Praeterea, ne aliquando vel ab Episcopo, aut visitatoribus et reliquis inspectoribus meae Parochiae coram augusto tribunali tuae Illustrissimae Celsitudinis condemner negligentiae, vitii teterrimi, quod semper fugio. Postremo, ut velit tua Celsitudo, Illustrissime Princeps, tam duram et intractabilem malitiam eorum aliquo modo corrigere. Sublimis namque potestatis esse creditur ea, quae bona sunt in Ecclesia, provehere, tueri, et curare, mala autem amoliri et nocentiora praecipuo studio avertere. Ideoque sanctus Spiritus pios magistratus et Dei principes Deos esse nominat, ut se Deos praesent inter homines vindicando mala et provehendo bona tum in religione tum in reliquis actionibus civilibus. Quapropter ut et horrenda malitia supersticioque parochianorum meorum innotescere possit tuae Illustri Celsitudini et ut cuilibet malo aliquo modo occurratur et consulatur, articulatim omnia describere statui.

Primo, dominicis diebus (ut interim subdiceam, quam irreligiosos sese gerant feriis Nativitatis domini. Circumcisionis, Epiphaniae, Purificationis, Anuntiationis, Paschcatis, Ascensionis et Pentecostes) contiones Evangelicas ac reliquas caeremonias Ecclesiasticas tam familia quam ipsi domini prorsus negligunt. Paucissimi enim adsunt in templo, cum divina peraguntur. Praesertim tempore vernali et aestivali sic colunt dies dominicos: agriculturam exercendo, seminando, foenum colligendo, fruges metendo ac ea omnia in horrea convehendo, in sylvis denique rustica instrumenta parando. Verno vero et hyberno tempore sese onerant triturationibus frugum. Aliqui vero prae luto aut frigore ad contiones venire recusant. Reliqui porro, etsi diebus dominicis nihil operantur, tamen neglectis contionibus domi otiosi delitescunt. Sicque evenit, ut religionis christiane ferum sint memores et orationis dominicae articulorumque fidei maneant prorsus expertes. Bonum itaque esset, Illustriss: Princeps, si compescerentur a laboribus istis, praecipue diebus dominicis, quibus, ut veros christianos decet, audiendum esset potius verbum Dei, quam laboribus insudandum. Est etiam et hoc insig[n]e vitium apud eos,

scilicet, cum sciunt ex vetustissima papistarum observatione in Lituaniae et Samogittiae parochiis prope terminos huius ducatus adiacentibus alicuius sancti festum celebrari, utpote Sanctae Annae in opidulo Botoki, S. Jacobi in Schwekschna, Mariae virginis gloriosae in Schidlowo, Crucis in Jurgenburga, Georgii et corporis Christi in Tauroga, Assumptionis in Welona et reliqua dum coluntur sanctorum festa in opidis certis, tum mei Parochiani, quibus Papisticae placent, eo proficiscuntur et abominandam ibidem Idololatriam complent. Ceteri porro, etsi eo non proficiscuntur, tamen domi incensis ad parietem candelis cereis sanctorum patrocinia implorantes more idololatrarum festa eadem colunt et abservant. Utinam autem sic religiose observarent et colerent dies dominicos, audiendo sacras contiones et doctrinam Catechismi, qua dehortantur a superstitionibus et abominationibus Papisticis. Sed quia irreligiosos se prebent erga creatorem diebus dominicis, manent in caecitate, colentes suis diebus Deos alienos. Consultissimum idcirco esset, ut per tuae Illustris Celsitudinis edictum prohibeantur ipsis tales profectiones et, si quo modo fieri possit, ut impedirentur, ne queant exercere tales idololatrias. Meum vero erit, ut, quemadmodum etiam facio, in omnibus meis contionibus a tali idolorum cultu dehorter et avocem magna sedulitate.

Secundo, sunt quidam, impolutae alioqui vitae viri, secundum externam disciplinam dico, sui Catechismi (ut puto) non ignari, sed nescio quarum occasionum praetextu abstinent ab usu sacramenti altaris; quos tum privatim tum publice, suppressis tamen nominibus secundum Ecclesiasticam ordinationem, monui, immo etiam obsecravi per merita Christi intra totum hoc triennium ad usum sacramenti venerabilis. Addo etiam hoc, quod territabam eos Ecclesiastica excommunicatione, excommunicaturum me scilicet eos, siquidem se ipsos excommunicationi corporis et sanguinis Christi subdant et illud mandatum Christi „Hoc facite in meam commemorationem“ parvi aestimant et negligunt. Verum illi neque privatas neque publicas monitiones suscipiunt excommunicationisque nomen vilipendunt ac sacramenta, in quibus totus Christus cum omnibus suis meritis sese nobis offert, negligunt. Et, quod dictu est horrendum, pios sacramenta utentes derident, subsannant et conviciis adficiunt. Sunt praeterea in eorundem numero virilis et feminei sexus plurimae personae decrepitae aetatis, quae, proch dolor, vix per totum curriculum vitae suae ter aut quater in contionibus sacris fuere, nedum Catechismi doctrinam teneant et venerabile sacramentum susceperint. Dum vero interrogantur, cur tamen negligunt doctrinam coelestem et cibum spiritualem, respondent de sacramento, quod non tantum ipsi non sumant, verum quod et parentes eorum non modo non sumpserint venerabile sacramentum altaris, sed ne audiverint quidem, quid sit illud. Haec cum audirem, ex animo deflebam eorum ingentem infaelicitatem monebamque eos ac obtestabar et nunquam privatim publiceque et obtestari cesso, ut deponant tam duram mentem et sese IESU CHRISTO dedificent; sed frustra mortuis, ut ille ait, verba fiunt. Quo enim diligentius docentur et ad meliora moventur, eo magnis duriores et prae fracti fiunt. De istius modi hominibus semel atque iterum cum Magnifico domino Capitaneo nostro verba feci, quid scilicet esset agendum et quomodo essent attrahendi ad amorem verbi divini et ad sacramentorum usum. Sua vero Magnificentia dixit se velle consulere hac de re tuam Illustrstem Celsitudinem. Quam quidem et ego nunc oro supplex, ut doceat, quid sit mihi faciendum cum his durae cervicis hominibus, quorum inflexibile pectus, conscientia mea testante, ulterius ferre non possum.

Tertio, cum huiusmodi homines nihil boni sentientes de verbo Dei et sacramentis veniunt ad Baptismum, cupientes, ut admittantur in

compaternitatem, a me denique (ut dixi) inquiruntur de oratione dominica, articulis fidei et reliquis rudimentis religionis Christianae; tum illi, quia nesciunt, obmutescunt ac, sic data occasione dum a compaternitate seclunduntur, indignantur, meliora tamen nunquam de se promittunt. Aliqui vero verentes examinationem, sed interim a vicinis suis postulantes lucrari compaternitatem vel ad vicinas Parochias in Lituania proficiscuntur, vel rustico aut vetulae alicui committunt infantem baptisandum extra omnem casum necessitatis, veluti in hac Parochia Ragnetensi compertum est in quodam rustico, qui, nullo intercedente necessitatis casu, sub nomine tamen necessitatis ausus est et copulare, et baptisare. At is etiam dignas suae temeritatis persolvit poenas Magnifico domino Capitaneo nostro.

Reliqui autem fugiunt compaternitatem propter incitiam, quae esset prodenda in inquisitione Catechismi, quae sit simplex, pia et aliena ab omni subtili et exquisita examinatione. Simplicia namque verba Catechismi, tanquam a tyronibus religionis christianae, exigo; quae cum non tenent, fugiunt et, si aliquando fieri posset, magno aere se redimerent a Catechismo simul et a compaternitate propter Catechismum. Timent enim, ne ibi deprehendantur ignari rudimentorum religionis christianae et ne arguatur tanta pravitas eorum. Aequum itaque esset, ut prohiberetur ipsis, ne praesumant in alienas parochias currere cum infantibus, nam sic contineri in disciplina et in Catechismo commode erudiri et examinari possent.

Quarto, cum pro suscipienda copula matrimonii veniunt, tunc non patiuntur, ut examinentur de oratione dominica articulisque fidei, verum recusant excusantes suam ignorantiam inconvenientibus excusationibus. Et si qui deprehensi fuerint expertes Catecheseos, tum ad discendum concedo hebdomadam. At ipsi nihil curant terminum praeifixum, verum alio extra parochiam suam se conferunt copulatum aut sine copula vivunt. Si vero sponsus fuerit ex Lituania aut Samogittia, sponsa vero ex hac Parochia, tum clanculatim habitis sponsaliis extra parochiam hanc suam proficiscuntur ac ibi se sinunt copulare, etiamsi sint rudes et ignari suae precatationis et articulorum fidei. In summa, quocumque modo subterfugere possunt, Catechismum fugiunt et nullo prorsus modo possum eos attrahere, non dico ad absolutam et perfectam, verum ad rudem cognitionem simplicium verborum et puri textus Catechismi. Hi enim (si apertius, ingenium eorum in pietate quale sit, exprimere licet) Ragnetenses tantum sapiunt in vera religione christiana, quantum infantes in cunis sapere solent. Lacte proinde Paulino, non autem solidiori cibo, sunt alendi. Ideoque mihi semper est utrumque balbutiendum cum ipsis velut cum infantibus.

Nisi me, Illustrissime Princeps Clementissimeque domine, importabile onus miseriarum ad supplicandum adigeret, revererer utique praesenti supplicatione molestus esse tuae Illustriss: Celsitudini. Quia autem sic gravor inexplicabilibus miseriarum labyrinthis, ut disputationem ipsemet mecum saepiuscule de honesta mutatione loci et functionis meae, si aliquod levamen tantarum miseriarum hic nequeam consequi a tua Illustrissima Celsitudine, Clementiss: Princeps. Nam in hoc clarissimo Ducatu nobis afflictissimis Pastoribus apud neminem spes est levaminis et auxilij praeterquam apud tuam Ill: Cel:; quae sola condolere Pastorum miseriae optime novit, eamque auxilio oblato fugare potest. Quapropter breviter meas difficultates et miserias me exponere atque levamen honestum orare, placide patiatur tua Illustriss: Celsitudo, Princeps Clementissime. Miseriae et difficultates meae sunt tales. Principio dum sustentatio mea sit collocata in agricultura, quae mihi homini imbecilli cum variis morbis conflictanti sic infortunata succedit propter familiae et operariorum infidelitatem, quibus rem domesticam committo, ut aliquando extreme egeam victu competenti. Nam non ex agri proventu, sed ex stipendio

* A. Jomantas (apie 1525—1576), kilęs iš Zemaičių, į Karaliaučiaus universitetą įstojo 1544/1545 m.m.; 1555 m. buvo paskirtas Kraupiškių klebonu. Po Mažvydo mirties liko Ragainės vyresnioju kunigu.

meo cogor aliquando alere me, coniugem meam et familiae multitudinem, agros interim excolens, seminans et meliora sperans, sed tamen adversa saepenumero expertus sum. Ex eodem stipendio, quod est 70 marcarum, non libros aut alia meae personae aut officio convenientia, sed rotas, plaustra, serulas, falces reliquaque rustica instrumenta comparare adigor. Famuli praeterea, [quos] ex Samogithia et Lituania venientes conducere soleo, alios enim habere nequeo, dato damno onustique vestibus et rebus domesticis, aufugiunt. Ex eodem stipendio longissimae saepes circum agros quotannis a me parantur et resarciuntur. Equi etiam habendi sunt mihi ad excolendum agrum, cui duo equi non sufficiunt, sed plures emendi et alendi sunt, certe non ex agriculturae proventu, sed emendi sunt ex stipendio, velut praeterito anno tres equos et unam equam emeram, sed in vere anni eiusdem tres equi morbo imparabili correpti expirarunt, equae vero famulus fracto pede aufugit, quae iam nullius usui est. Nunc itaque postponens meas necessitates alios emere compulsus sum, si agros colendos volui hac aestate. Hoc modo circumstringor difficultatibus, miseriis, egestate atque animi anxietatibus, quibus oppressus suspiriis ad Deum tantummodo elevatis et precibus meis ad Clementiae ipsius thronum per JESVM CHRISTVM, cuius... seo * cruore sanati sumus, fusis, corculum meum et coniugis meae consolari soleo. In medio igitur anxietatum animus et mens mea dictitabat id mihi, ut ex istius agri pastoralis commissi alienis ad excolendum et inseminandum, vel solummodo ex tertiis manipulis mihi datis victitem, aut integro agro tuae Illustriss: Cels: resignato, sed non ad praeiudicium futurum meorum successorum, annuum victum pro me, coniuge mea, famulo et ancilla ab eadem tua Illustriss: Celsitudine humillime oro. Proinde cum meae honestae sustentationis ancora fixa sit in Clementia tuae Illustriss: Celsitudinis, in huius modi miseriis et difficultatibus veluti ad exquisitissimum antidotium meum confugio ad tuam Celsitudinem, Clementissime Princeps, quam supplex ero, ut me hominem imbecillimae valetudinis atque rei rusticae ignarum, liberando ab eiusmodi difficultatibus annuo victu ex arce hac Ragnetensi donare dignetur in sustentationem mei ipsius, coniugis meae et famuli cum famula. Agrum autem Pastoralem in alios usus collocare potuerit tua Illustriss: Celsitudo. Nam cum homo sim aegrotus et absque prole, nec dives fieri volens, atque plus studiis cupiens inhaerere, quam agriculturae, quae absque operariis friget et nihil est quorsum me implicare tantis vinculis difficultatum deberem. Si porro graviusculum videretur esse, ut etiam pro coniuge famulo et ancilla, quibus carere non possum, annus victus detur, tum quaeso, ut pro mea tantum persona victus concedatur: Coniux vero cum famulo et ancilla atque pecore vivet ex tertiis manipulis agri commissi alicui vicinorum ad excolendum. Verum cum non ex meo arbitrio, sed ex propitio nutu tuae Illustriss: Celsitudinis tota sustentatio pendeat mea, cui me dedico ac in Clementia tuae Illustrissimae Celsitudinis colloco, quae quid de me statuēt, id lubens suscipiam ac aeterno Deo Patri per JESVM CHRISTVM in Spū sancto gratias agam, qui ut tuam Illustrissimam Celsitudinem in optima valetudine et faelici Reipublicae Christianae administratione diutissima servet, precor atque in meis publicis et privatis orationibus precari non intermittam.

F: T: III: Celsitud:

Martinus Mossvid, Verbi
Dei minister in Ragneto supplex.

* Mikrofilmė vienas žodis nejskaitomas.

Jei manęs, šviesusis kunigaikšti ir maloningasis valdove, neverstų nužemintai maldauti nepakeliamą vargų naštą, tikrai drovėčiau šiuo savo prašymu įkyrėti tavo šviesiajai aukštybei. Kad mane taip slegia nepraeinami vargų labirintai, aš savo širdyje dažnokai imu svarstyti garbingai pakeisti vietą ir savo pareigas, jei iš tavo šviesiosios aukštybės, maloningasis kunigaikšti, negalėčiau sulaukti kokio nors tų visų vargų palengvinimo. Iš tikrųjų šioje garsiojoje kunigaikštystėje mums didžiai nelaimingiems ganytojams nėra vilties iš nieko susilaukti palengvinimo ir pagalbos, kaip tik iš tavo šviesiosios aukštybės, nes tik ji viena geriausiai moka užjausti ganytojų vargą ir gali iš jo išvaduoti, suteikdama pagalbą. Todėl tegul maloniai leidžia man tavo šviesioji aukštybė, maloningasis kunigaikšti, trumpai aprašyti savo sunkumus ir vargus, o taip pat paprašyti garbingo palengvinimo. Mano vargai ir sunkumai yra tokie.

Pirmiausia, kadangi pragyvenu iš ūkininkavimo, kuris man, silpnos sveikatos ir įvairių ligų nukankintam žmogui, dėl šeimos ir darbininkų, kuriems pavedu namų darbus, neištikimumo taip nelaimingai sekasi, esti taip, kad aš kartais pritrūkstu būtiniausio maisto. Iš tikrųjų kai kada esu priverstas maitintis ir pats, ir savo žmoną bei didelę šeimyną pavalgydinti ne iš laukų derliaus, o iš savo algos, vis dėlto kruopščiai tą žemę apdirbdamas, apsėdamas ir tikėdamasis iš jos geresnio derliaus, bet labai dažnai patirdamas žalą. Iš tos pačios 70 markių algos esu priverstas įsigyti ne knygų ar kitų dalykų, darančių mano asmeniui ir pareigoms, o tekinių, vežimų, piuklių, piaučuvų ir kitokių ūkio padargų. Be to, paprastai iš Žemaitijos ir Lietuvos atvykę bernai, kuriuos samdau dėl to, kad kitokių negaliu gauti, pridarę nuostolių, prisirinkę drabužių ir kitokių apyvokos daiktų pabėga. Iš tos pačios algos kiekvienais metais tveriu ilgiausias tvoras apie laukus arba jas taisau. Aš turiu turėti ir arklių žemei dirbti, o tam poros jų neužtenka, reikia pirkti ir šerti daugiau ir, žinoma, ne iš ūkio derliaus, bet iš algos, pavyzdžiui, praėjusiais metais buvau pirkęs tris arklius ir vieną kumelę, bet tų pačių metų pavasarį trys arkliai padvėsė nuo nepagydomos ligos, o kumelei bernas nulaužė koją ir pabėgo: ji jau niekam nebetinka. Vadinasi, dabar, nepaisydamas savo bėdų, esu priverstas pirkti kitus, jei noriu šią vasarą įdirbti laukus. Tuo būdu neišsikapstau iš sunkumų, vargų, neturto ir širdies nerimo. Jų prislėgtas, savo ir žmonos širdelę paprastai raminu, kreipdamas atsidūsėjimas į dievą ir aukodamas savo maldas prie jo malonės sosto per Jėzų Kristų, kurio krauju esame išganyti. Taigi, tokiam rūpesčiui slepiant, mano širdis ir protas man patarinėjo, kad arba iš turimo parapinio lauko gyvenčiau, atidavęs jį įdirbti ir apsėti svetimiems žmonėms ir gaudamas tik trečią grūdą, arba, sugrąžinęs visą lauką tavo šviesiajai aukštybei — betgi be precedento ateičiai dėl mano įpėdinių —, didžiai nusižeminęs prašyčiau tavo šviesiąją aukštybę metinio išlaikymo sau, savo žmonai, tarnui ir tarnatei. Kadangi mano deramo pragyvenimo vilties inkaras nuleistas į tavo šviesiosios aukštybės malonę, šiuose varguose ir sunkumuose bėgu prie tavo aukštybės, maloningasis kunigaikšti, kaip prie patikimiausio išvaduotojo iš jų, nusižeminęs prašau ją, kad mane, labai silpnos sveikatos ir nemokantį dirbti žemės žmogų, ji teiktųsi išvaduoti iš tokių sunkumų ir duotų iš mūsų Ragainės pilies metinį išlaikymą man pačiam, mano žmonai ir tarnui su tarnate pragyventi. Parapinį lauką tavo šviesioji aukštybė galės panaudoti kam kitam. Iš tikrųjų aš, būdamas ligonis ir bevaikis žmogus, negeisdamas pralobti, o norėdamas tik labiau atsidėti studijoms, negu ūkininkavimui, kas be darbininkų negali sektis, neturiu jokių paskatų, kodėl turėčiau užsikrauti sau

tokią naštą. Tačiau, jei pasirodytų per sunku skirti metinį pragyvenimą man ir mano žmonai, tarnui bei tarnaitai, kurių aš negaliu neturėti, tada prašau suteikti pragyvenimą tik man vienam: žmona su tarnu bei tarnaita, o taip pat su gyvuliais gyvens iš žemės, atiduotos apdirbti iš trečios dalies kuriam nors iš kaimynų. Kadangi mano pragyvenimas visiškai priklauso ne nuo mano sprendimo, o nuo tavo šviesiosios aukštybės palankumo, jai aš pavedu save ir atsidedu tavo aukštybės malonei: ką ji dėl manęs nutars, tai palankiai priimsiu ir amžinajam dievui tėvui per Jėzų Kristų šventojoje dvasioje dėkosiu, melsiuosi ir viešose bei privačiose maldose melstis nepaliausiu, kad jis tavo šviesiajai aukštybei ilgiausiai išsaugotų geriausią sveikatą ir laimingą krikščionių valstybės valdymą.

Tavo šviesiąją aukštybę
nuolankiai maldaujās tarnas
Martynas Mažvydas,
dievo žodžio tarnas Ragainėje

X

Laiškas, rašytas kunigaikščiui Albrechtui apie 1559 m.

(Mažvydas mini, jog yra pranešęs kunigaikščiui apie valstietį, kuris jį sužeidė ginčė dėl pievos. Tas valstietis vėl pažeidęs pievos ribą. Prašo parėdymo, kad jam būtų leidžiama susimalti Ragainėje, ir teiraujasi, kodėl nėra atsakymo dėl maisto iš pilies).

Rusticus ille, Illustrissime Princeps ac Clementissime domine, de quo supplicaveram tuae Celsitudini, qui mihi vulnus in capite inflixerat propter frustum prati, quem auferebat mihi sine ullo iure, is nunc recenter violavit illum ipsum terminum prati, quem antiquum esse praestito iuramento anno praeterito confirmavit. Si id impune facit, vereor ne totum auferat pratum. Quapropter tuam Illustrissimam Celsitudinem suppliciter oro, ut Magnifico domino Capitaneo Ragnetenensi mandare dignetur, ut violationem ipsemet sua persona inspiciat ac ex violatore et periuro dignas sumat poenas, nihil curans maledicta et vulnera, quibus affectus sum ab isto rustico. Si charior esset iustitia et miser Pastor, quam iste rusticus suus auriga, aliter ageretur forsitan. Deo committo totam iniuriam, qui ulciscetur, quando volet, et sumet poenas ex reo.

Praeterea tuam Illustrissimam Celsitudinem supplicissime oro, ut Magnifico domino Capitaneo mandare dignetur, ne mihi in sua vel absentia vel praesentia mola Ragnetae denegetur ad conterendam exiguitatem frugum salua tamen mansura illa, quam a modio dare consuevimus, et ne aqua abundante Wieschvillam iter ostendat. Nam si non erit mandatum tuae Illustriss. Celsitudinis, timeo futuras difficultates, quas irritatus Burgravius augere poterit.

Postremo humiliter oro tuam Illustrissimam Celsitudinem, Clementissime Princeps, ut mihi ad meam supplicationem, qua pro mea persona cibum et potum ex arce supplicaveram, clemens responsum dare dignetur. Nam libenter molestiis agriculturae reiectis, pacifice meo officio fungerer, contentus tertiis manipulis aut quartis et addito ex Clementia tuae Illustrissimae Celsitudinis cibo et potu ex arce. Si id possum assequi, quaeso ut obtineam. Sin secus, pacienter feram et repulsam ab Illustrissima tua Celsitudine, Illustrissime Princeps ac Clementissime domine.

F. T. Ill: Celsitud:
Martinus Mosvid
Pastor Ragnetenensis
supplicissimus.

Tasai kaimietis, šviesusis kunigaikšti ir maloningasis valdove, dėl kurio nuolankiai buvau kreipėsi į tavo aukštybę, nes jis man buvo praskėlęs galvą dėl menko sklypelio pievos, kurį jis norėjo be jokios teisės atimti iš manęs,— jis neseniai vėl pažeidė tą pačią pievos ribą, nors praėjusiais metais priesaika buvo patvirtinęs, kad ji sena. Jei jis šitai daro nebaudžiamas, bijau, kad jis neatimtų iš manęs visos pievos. Todėl nuolankiai prašau tavo šviesiąją aukštybę, kad teiktųsi ji duoti kilniajam ponui Ragainės viršininkui parėdymą pačiam apžiūrėti pažeidimą ir priderančiai nubausti savo priesaiką sulaužiusį pažeidėją, nors ir neimant dėmesin plūdimų ir žaizdų, kurias man padarė tasai kaimietis. Jei labiau būtų vertinama teisybė ir aš, vargšas pastorius, labiau už tą kaimietį — jo vežiką, gal būt, kitaip klostytųsi reikalai. Tačiau visą tą nuoskaudą pavedu dievui, kuris, kai panorės, atkeršys ir nubaus kaltąjį.

Be to, didžiai nuolankiai prašau tavo šviesiąją aukštybę, teiktis duoti parėdymą kilniajam ponui viršininkui, kad, jam esant arba nesant, man nebūtų atsisakoma Ragainėje sumalti truputį grūdų, betgi išlaikius tą malūno pyliavos dalį, kurią paprastai duodavome nuo sykelio, ir kad potvynio metu nereikėtų keliauti į Viešvilę. Iš tikrųjų, jei nebus tavo šviesiosios aukštybės parėdymo, bijau, kad susidarys kliūčių, kurias supykęs burmistras galės dar padidinti.

Pagaliau, nužemintai prašau tavo šviesiąją aukštybę, maloningasis kunigaikšti, teiktis duoti man maloningą atsakymą į mano nuolankų prašymą, kuriuo buvau maldavęs savo asmeniui maisto ir gėrimo iš pilies. Tada aš, mielai atmetęs ūkininkavimo vargus, ramiai eičiau savo pareigas, pasitenkindamas trečiaja ar ketvirtąja dalimi ir iš tavo šviesiosios aukštybės malonės gautu maisto ir gėrimo priedu iš pilies. Jei tai būtų įmanoma, prašau jį duoti. Jei kitaip išeitų, kantriai iškęsčiau ir neigiamą tavo šviesiosios aukštybės, šviesusis kunigaikšti ir maloningasis valdove, atsakymą.

Tavo šviesiąją aukštybę
nuolankiausiai maldaujās tarnas
Martynas Mažvydas,
Ragainės pastorius.

XI

1560 m. laiškas

(Prašo kunigaikštį Albrechtą, kad jis duotų parėdymą Ragainės viršininkui skirti Mažvydo žmonai aikštelę namui pasistatyti, o taip pat daržui prie jo.)

Cum hac aestate tua Illustrissima Celsitudo, Illustrissime et Clementissime Princeps, Ragnetae esset, responsum plane clementissimum dederat mihi ad meam supplicem petitionem, qua orabam et impetraveram quoque aream et frustum agri pro horto et reliquis commoditatibus coniugis meae; sed hoc in deliberationem inciderat, in quonam loco dandum esset, ac eam ob causam domino Capitaneo Ragnetensi delegatum est, ut ipse dispiceret et mihi daret. Diligenter itaque disquirenti domino Capitaneo nec tamen commodum locum invenienti, poscebam a sua Praestantia, ut mihi monticulum quendam cis Memulae flumen cum reliqua planitie circumiacente concederet. Dominus Capitaneus monticulum illum, Slossberg nominatum, cum planitie circumiacente libenter se daturum aiebat, si mandatum tuae Illustrissimae Celsitudinis haberet.

Proinde tuam Illustrissimam Celsitudinem, Illustrissime Princeps, Clementissimum dominum meum oro suppliciter, ut eum monticulum cum

adiacente planitie, cuius quidem magnitudo nescio an sit dimidii mansi, clementer tribuat ipsumque concedere et assignare Praestanti domini capitaneo Ragnetensi serio mandato tua Illustrissima Celsit: praecipiat. Pro hac Clementia tuae Ill: Cel: ego cum coniuge mea divinum nomen et munificentiam tuae Ill: Cel: in aeternum celebrabo. Quam ut Clementiam Opt: Max: diutissime et faelicissime salvam et incolumen servet assiduo oro et orare non intermittam.

F. T. Ill. Celsitud:
humillime supplicans
Martinus Mosuid, Pastor Ragnetensis.

XI

Vertimas

Šviesusis ir maloningasis kunigaikšti, kai šią vasarą tavo šviesioji aukštybė buvo Ragainėje, man ji davė tikrai didžiai malonų atsakymą į mano nuolankų prašymą, kuriuo maldavau ir buvau išmaldavęs aikštelę namui ir sklypelį dirbamos žemės daržui bei kitiems mano žmonos patogumams. Bet buvo likę neišspręsta, kurioje vietoje reikėtų žemės duoti, ir dėl to ponui Ragainės viršininkui buvo pavesta pačiam tą reikalą ištirti ir paskirti vietą. Dėl to, kai ponas viršininkas uoliai ištyrė, bet nesurado tinkamos vietos, pareikalavau iš jo kilnybės paskirti man vieną kalnelį šiaupus Nemuno upės su aplink esančia aikštele. Ponas viršininkas sakė mielai paskirsiąs tą Šliosbergu vadinamą kalnelį su aikštele, jei tik turėsiąs tavo šviesiosios aukštybės parėdymą. Todėl, šviesusis kunigaikšti, tavo šviesiąją aukštybę ir savo maloningąjį valdovą nuolankiai prašau maloningai man atiduoti minimąjį kalnelį su šalia esančia aikštele, kurios dydis vargu ar sudarys pusę manso, ir kad tavo šviesioji aukštybė rimtu parėdymu įsakytų kilniajam ponui Ragainės viršininkui man jį paskirti bei perduoti. Už šią tavo šviesiosios aukštybės malonę aš su savo žmona per amžius šlovinsiu dieviškąjį vardą ir tavo šviesiosios aukštybės dosnumą. Nuolatos meldžiuosi ir melstis nesiliausiu, kad tavo malonybę visagalis dievas ilgiausiai ir laimingiausiai pilnoje sveikatoje užlaikytų.

Tavo šviesiąją aukštybę
nuolankiausiai maldaująs tarnas
Martynas Mažvydas, Ragainės pastorius.

XII

Laiškas, rašytas 1560 metais

(M. Mažvydas aiškinasi dėl Ambrozijaus Žetės skundo, kuriuo šis siekė mokytojo vietos Ragainės parapijoje, ir dėl kaltinimo osiandrizmu.)

A. Žetės skundas vokiečių kalba yra tame pačiame mikrofилme.)

Aeterno Deo Patri D. N. Ihesu Christi, tuae quoque Illustrissimae Celsitudini, Clementissime Princeps, gratias, quas possum, ago, quod mihi nomine tuae Ill: Cel: placido et humaniter exposita sit querela Ambrosii Fileonis, civis Tilsensis, adversum me instituta, ad quam iussu tuae Ill: Celsitud: simplici ac vera oratione praesenti scripto meo respondeo.

Principio vehementer doleo, Illustrissime Princeps, me unique et false accusari apud tuam Ill: Cel: causa functionis Paedotriviae, acsi eam sibi obtulissem et promississem; ad id sic respondeo veritatemque dicam. Hac aestate, dum Tilsae apud tuam Ill: Cel: essem cum supplicatione mea gratia areae impetrandae ad aedificandam domunculam uxori meae, allocutus me est is Ambrosius et percunctabatur a me, an iam haberem ludi-

magistrum et diaconum. Dixi me pro necessitate Ecclesiae ad tempus habere quidem, sed in dies dicebam me expectare a Reverendo d: Praesidente doctiorem. Ambrosius deinde aiebat se libenter eo munere velle fungi, si concederetur. Ego respondi, si idoneus esses ad populum docendum et ad instituendam iuventutem in sermone Latino, ubique tibi concederetur. His auditis discessit a me cogitabundus. Postridie vero Ragnetam venit colloquentemque me reperit cum Venerando Pastore Schirvintensi Thoma Gedcanto, coram quo haec mihi dixit. Supplicaveram, inquit, ad Ill: petens auxilium, sed nihil assecutus sum. Verum, inquit, de vacante loco ludimoderatoris hic Ragnetae indicavi domino Nostitio et Baltasaro Gantz, qui mihi nomine Illustrissimi Principis illum locum occupare iusserunt ac, ut mecum de eo conveniat, se a domino Nostitio et Balt: Gantz affirmabat esse missum. Ego respondi: Ambrosi, inquam, mirum est, quod talem Ecclesia mea suscepit et habet, qui loco ludimoderatoris in templo canat Germanice et Lituane et tu, video, vis eum extrudere, antequam nobis doctior a R. d. Praesidente mittatur. Non oppono, inquam, me voluntati Illustrissimi Principis et dominorum Nostitii ac Balt: Gantz, sed te, mi Ambrosi, intelligo esse indignum ludimoderatoris officio, quia homo es illiteratus; pueri vero hic Ragnetenses requirunt literato praeceptore, qui propter te, ut negligentur, optabit nemo. Sed si ad id officii, dicebam, tantum virium et eruditionis patet se habere, consului ut se examini Praesidentis sistat. Haec sunt coram Pastore Schirwintensi a me responsa, qui fidelis est mihi futurus testis, quod categorice nec vocaverim nec asseverative promiserim aut obtulerim id officii isti Ambrosio.

Post aliquot septimanas iterum eandem auctoritatem praeferens venit iterum ad me inquirens, num iam suscipere velim ipsum in ludimoderatorem. Ego dixi: Bone vir, habes testimonium a domino Praesidente, quod sis aptus ad ministerium Diaconatus et Ludimoderaturae? Quo dicente, quod non haberet, dixi me etiam nec velle, nes posse accipere. Admonui itaque eum tum temporis, ne sit mihi molestus et ne turbet Ecclesiam Ragnetensem inutilibus sermonibus. Nam frustra, aiebam, ipsum aspirare ad id officii, cui bene et cum salute animae suae praeesse nequeat. His auditis concitatus in me furia sua, conquestus est in me domino Capitaneo, quod nolim ipsum suscipere in ludimoderatorem, dum tamen nomine tuae Ill: Celsit: dominus Nostitius ludimoderatoris officium dedisset sibi. Ego coram domino Capitaneo stans et querelam audiens, dixi: Magnifice domine Capitaneae, ego nec ab Illustrissimo Principe, nec a domino Praesidente mandatum habeo, ut suscipiam Ambrosium in ludimoderatorem. Quare cum mihi tam molestus est, depono id totum in tuam Magnificentiam, quae, quid voluerit, faciat, si aliquid in mandatis habet. Capitaneus respondit se nihil nec a tua Illustrissima Cels: nec a Praesidente, nec a Casparo Nostitio aut a Baltasaro Gantz quicque audivisse ideoque dicebat nihil posse se statuere. Ambrosius praeterea attexebat haec, inquires, me sibi id officii promisisse et de eo sibi spem fecisse. Respondi coram Capitaneo id omnino esse alienum a veritate. Nam quomodo possem promittere, dicebam, absque consensu suo Magnificentiae et omnium aedilium, in quorum auctoritate id quoque positum esse aiebam. Rogavi itaque, ut me Ambrosius desistat molestare more nonnullorum Tilsensium, qui me Osiandrinum esse iudicant et me ideo apud quos possunt traducunt. Et si ipsi vivendum esset Ambrosio hic Ragnetae, dicebam, ipsum idem nomen portaturum. Audito eo nomine stomachabatur in me, quod Osiandri nomen ipsum portaturum dicebam. Ego deinde coram domino Capitaneo dixi: Contentiones et contentiosos homines fugio nec cum ipsis versari possum. Quare, si vel sua Magnificentia, vel Reverendus dominus

Praesidens, aut tua Ill: Celsit: tamquam suprema potestas praeficere Ambrosium Scholae voluerit, ego me non contradicturum dicebam, nec nunc contradico, verum me tam illiterato homine gravari, nolim. Haec sunt coram d: Capitaneo acta, qui plura dicet, si hac de re interrogabitur. Sed et Martinus Gros, tabernator Ragnetensis, aedilis Ecclesiae curae meae commissae, testabitur sine dubio de pertinacia Ambrosii, ex cuius testimonio liquescet, quod non ego promiserim, sed quod ipsemet se Ambrosius intrudat, nemine vocante et tam illiterato homine Ecclesia mea formidante.

Quod deinde in sua supplicatione ait se a me nominatum esse Osiandrinum is Ambrosius, id quam artificitiose faciat, video. Nam ille se a me conspersum Osiandrino nomine dicit, quod me non fecisse ex praecedentibus constat et Dominus Capitaneus cum scriba fidelissimi sunt testes. In cassum ergo testimonia poscit a me, ut ad probandum producam. De ipso enim Ambrosio nihil scio, quod quid tale dixerim. Proinde ut conciliet mihi inclementiam tuae Illustrissimae Celsitudinis is Ambrosius artificitiosa sua supplicatione non est veritus istiusmodi commentum effundere coram tua Illustrissima Celsitudine, quae me deinde ut suspectum et reum violatae amnistiae posset odisse meque punire pro ratione delicti, cum tamen memor sim semper mandati tuae Illustrissimae Celsitudinis et illud religiose observo. Docet ergo Ambrosius sua artificitiosa supplicatione quam candide agat coram tua Illustrissima Celsitudine, cui ego merito et in istum Ambrosium et in Tilsenses nonnullos conqueri debuissem, nisi pacis, quam meae privatae personae studiosior essem. Nam is Ambrosius coram Thoma Birchan me Osiandrinum esse dicebat et idem etiam quibusdam praecipuae autoritatis Tilsae pro Osiandrino me reputari affirmabat. Haec vera esse Thomas Birchan Ragnetensis dicere poterit. Sed non haec, verum et plura coactus eram a Tilsensibus audire auribus meis propriis. Id verum esse Venerandus Pastor Craupiscensis, Augustinus Iamontus, fatebitur. Is enim mecum tum fuit. Admonitus eram a Clarissimo D. Andrea Aurifabro, ut conquerer tuae Illustrissimae Celsitudini, sed malui patienter ferre, non accusavi, nec nunc male et inique accusatus ab Ambrosio, aliquem accuso, verum per viscera misericordiae Dei rogo tuam Ill: Cel: ne me tam turbulento et contentioso commento istius boni viri aggravare velit. Inocentia enim mea Deo nota est.

Praeterea, quod suaserim Ambrosio, ut se committat probationi Praesidentis, id eo animo feci, ut agnoscat Ambrosius suum defectum et conatus suos refundat. Is apud dominum Praesidentem fuit et testimonium tale tulit a sua Amplitudine, quod exploraverit Ambrosium et repperit eum ad munus Diaconi et ad instituendam iuventutem non esse idoneum. Ideoque publica ordinatione dicit honeste ipsum in isto ministerio confirmare non potuisse. Attamen sententiam suam dicit esse, ut ad tempus, quousque doctior mittetur, Ambrosius suscipiatur. Ego rescripsi domino Praesidenti, nos hic non potuisse hucusque tali carere in loco ludimoderatoris, qui caneret cantilenas Lituanicas et Germanicas in Ecclesia, sed quod talem habemus susceptum eumque alimus; qui si extrudendus esset et Ambrosius in eum locum imponendus ne sit documentum a sua Excellentia rogavi, quod etiam quotidie expecto ac illud et Ambrosius expectet, monui, et dominus Capit: commonefecit. Verum Ambrosius, parvipendens omnia, sua supplicatione contendit, ut conditionem ludimoderatoris obtineat praetextu meae promissionis, quae nulla eiusmodi facta est a me. Ideoque iniuste accusor. Si voluisset sibi a tua Ill: Cel: impetrare id muneris, non opus fuit me immiscere et in odium tuae Illustrissimae Celsitudinis adducere, sed potuisset paulo veratior esse ac deinde illa poscere, quae sibi necessaria viderentur. Haec sunt, Illustris-

sime ac Clementissime Princeps, quae ad supplicationem Ambrosii Fileonis iussu tuae Ill. Cel: respondere debui. Peto autem suppliciter tuam Ill: Celsitudinem, Clementissime Princeps, ne ob tam iniquam delationem Ambrosii de me mali aliquid concipiat tua Illustriss: Celsitudo. Deinde obsecro nomine Ecclesiae huius et totius iuventutis, ne tam illiteratus homo praeficiatur scholae. Nam disturbabuntur omnia, et iuventus dispergetur, sine qua quis decor in Ecclesia erit? Plebs quoque Lituanica non postulat talem, cum meliorem habet. Haec protuli non ut me opponam tuae Ill: Celsit: voluntati, sed ut sciat me optimaē parti in Ecclesia consulere omni studio meo, postpositis omnibus contentionibus, quas fugio et fugiam usque ad ultimam lineam vitae meae.

F. T. Illustriss: Cel:
reverenter colens
Martinus Mosuid,
Pastor Ragnetensis.

XII

Vertimas

Amžinajam dievui, mūsų viešpaties Jėzaus Kristaus tėvui, ir tavo šviesiajai aukštybei, maloningasis kunigaikšti, kaip įmanydamas dėkoju, kad man tavo šviesiosios aukštybės vardu maloniai ir atlaidžiai buvo išdėstytas Ambrozijaus, Fileono sūnaus, Tilžės piliečio skundas, parašytas prieš mane; į jį, tavo šviesiosios aukštybės paliepimu, šiuo savo raštu paprastais ir teisingais žodžiais atsakau.

Pirmiausia, baisiai man skaudu, šviesusis kunigaikšti, kad aš esu neteisingai ir be pagrindo skundžiamas tavo šviesiajai aukštybei dėl mokytojo vietos: esą, aš jam tą vietą prižadėjęs ir paskyręs. Į tai aš atsakau šiuo raštu, ir pasakysiu visą tiesą.

Šią vasarą, kai buvau Tilžėje pas tavo šviesiąją aukštybę su savo prašymu dėl norimo savo žmonai gauti nameliui pastatyti sklypo, mane prakalbino tasai Ambrozijus, teiraudamasis, ar aš jau turiu mokytoją ir diakoną. Pasakiau, kad laikinai bažnyčios reikalui tokį turiu, bet šiomis dienomis, sakiau, laukiu, kad garbingasis ponas prezidentas atsiųstų mokytesnį. Ambrozijus po to pasakė, kad jis mielai norėtų užimti tas pareigas, jei jam būtų duotas sutikimas. Aš jam atsakiau, jog tuo atveju, jei jis esąs pasiruošęs sakyti pamokslus liaudžiai ir mokyti jaunuomenę lotynų kalbos, visuų būsiąs priimtas. Po tų žodžių jis, kažką sumanęs, pasitraukė nuo manęs. Trečią dieną jis atvyko į Ragainę ir rado mane besikalbantį su gerbiamuoju Širvintos pastoriumi Tomu Gedkantu. Jo aki-vaizdoje jis man taip pasakė: „Prašiau, sako, jo šviesybę, maldaudamas pagalbos, bet nieko negavau. Tačiau, sako jis, apie laisvą mokytojo vietą Ragainėje paminėjau ponui Nosticijui ir Baltazarui Gancui, kurie, šviesiausio kunigaikščio vardu, liepė tą vietą man užimti“. Jis taip pat tvirtino, jog esąs pono Nosticijaus ir Baltazaro Ganco pasiūstas apie tai pasikalbėti su manimi. Aš atsakiau: „Ambrozijau, tikrai yra keistas dalykas, nes mano bažnyčia jau turi priėmusi tokį asmenį, kuris mokytojo vietoj bažnyčioje gieda vokiškai ir lietuviškai, ir tu, matau, nori jį išstumti anksčiau, negu garbingasis ponas prezidentas atsiųs mokytesnį. Aš, sakau, neprieštarauju šviesiausiojo kunigaikščio ir ponų Nosticijaus bei Baltazaro Ganco valiai, bet suprantu, jog tu, mielas Ambrozijau, nesi vertas mokytojo pareigų, nes žmogus esi nemokytas, o mūsų Ragainės vaikai pageidauja mokyto dėstytojo, ir niekas nenorės, kad dėl tavęs jie netektų gero vardo. Bet, sakiau, jeigu jis manęs, jog toms pareigoms turįs pakan-

kamai jėgų ir išsimokslinimo, tai tegul jis, patariau, išlaiko egzaminus pas prezidentą. Taip aš atsakiau Sirvintos pastoriaus akivaizdoje, ir jis man bus liudininku, kad tą Ambrozijų nei kategoriškai kviečiau, nei teigiamai jam pažadėjau ar siūliau tas pareigas.

Po kelių savaitių jis vėl atvyko pas mane ir, remdamasis tais pačiais autoritetais, teiravosi, ar aš turįs dabar norą priimti jį mokytoju. Aš pasakiau: „Mielasis žmogau, ar turi liudijimą nuo pono prezidento, kad esi tinkamas diakono ir mokytojo tarnybai?“ Jam atsakius, kad neturįs, aš pareiškiau, jog neturiu nei noro, nei galios priimti. Be to, aš jį tada įspėjau, kad man neįkyrėtų ir nedrumstų Ragainės bažnyčios savo kenksmingomis kalbomis. Sakiau, jog jis veltui siekia tokių pareigų, kurių gerai ir su savo sielos išganymu negali atlikti. Po tokių žodžių ant manęs baisiai užsintęs, jis apskundė mane ponui viršininkui, kad nenoriu jo priimti mokytoju, kai tuo tarpu ponas Nosticijus, tavo šviesiosios aukštybės vardu, jam leidęs užimti mokytojo pareigas. Aš, stovėdamas pono viršininko akivaizdoje ir išklauses skundą, pasakiau: „Kilnusi pone viršininke, aš nei iš šviesiojo kunigaikščio, nei iš pono prezidento neturiu parėdymo priimti Ambrozijų mokytoju. Dėl to, kad jis man taip įkyrėjo, pavedu tą visą reikalą tavo kilnybei, kuri padarys, ką norės, jei turi kokį nors parėdymą“. Viršininkas atsakė, jog jam nebuvę nieko pasakyta nei tavo šviesiosios aukštybės, nei prezidento, nei Kasparo Nosticijaus arba Baltazaro Ganco ir todėl, jis sakė, negalys nieko nutarti. Ambrozijus prieš savo kalbos pridėjo ir tai, kad aš jam prižadėjęs tas pareigas ir dėl jų davęs jam viltį. Viršininko akivaizdoje atsakiau, kad tai iš viso yra toli nuo tiesos. Iš tikrųjų, sakiau, kaip aš galėčiau jam prižadėti be jo kilnybės ir visų bažnyčios tarybos narių, nuo kurių sprendimo, kaip jau aiškinau, tai priklauso. Todėl paprašiau, kad Ambrozijus liautųsi mane šmeižęs, kaip tat daro kai kurie tilžiečiai, kurie laiko mane osiandrininku ir dėl to, kur tik galėdami, traukia mane per dantį. Ir jeigu jam, Ambroziui, sakiau, reikėtų gyventi čia, Ragainėje, jis pats įgytų tą vardą. Išgirdęs tą vardą, jis piktai užsipulė mane, kam pasakiau, kad jis turėsiąs Osandro vardą. Po viso to pono viršininko akivaizdoje aš pareiškiau: „Vaidų ir vaidingų žmonių aš vengiu ir su jais negaliu turėti reikalų. Todėl, jei arba jo kilnybė, arba garbingasis ponas prezidentas, arba tavo šviesioji aukštysbė, kaip aukščiausioji valdžia, teiktųsi Ambrozijų paskirti mokyklai vadovauti, aš, sakiau, neprieštarausiu ir dabar neprieštarauju, tačiau nenorėčiau apsisunkinti tokiu nemokytu žmogumi“.

Visa tai įvyko pono viršininko akivaizdoje, ir jis daugiau papasakos, jei bus paklaustas, apie tą reikalą. Bet ir Martynas Grosas, Ragainės krautuvininkas, ir mano rūpinimuisi man pavestos bažnyčios tarybos narys be jokio dvejojimo paliudys apie Ambrozijaus akiplėšiškumą. Iš jo liudijimo paaiškės, kad ne aš Ambroziui prižadėjau, o kad jis pats brukasi, nors niekas jo neprašo, ir net bijo bažnyčia tokio nemokyto žmogaus.

Pagaliau iš to, kad jis savo prašyme sako, jog aš jį, tąjį Ambrozijų, pavadinęs osiandrininku, aiškiai matau, kaip jis gudragalviauja. Iš tikrųjų, jis sako, kad aš jam primečiau osiandrininko vardą, kas yra netiesa, kaip paaiškėja iš ankstesnio dėstymo, ir ką teisingiausiu būdu gali paliudyti viršininkas su raštininku. Taigi, visai be reikalo jis reikalauja iš manęs pateikti liudijimų įrodymui. Ir tikrai aš nieko nežinau, kad būčiau ką nors tokio pasakęs apie patį Ambrozijų. Tik todėl, kad užtrauktų man tavo šviesiosios aukštybės nemalonę, tasai Ambrozijus nepasidrovėjo savo klastingu prašymu pareikšti tokį prasimanymą tavo šviesiajai aukštylei, kad ji gautų progą supykti ant manęs, kaip įtariamo ir kalto dėl amnestijos pažeidimo asmens, ir nubausti mane kaip nusikaltėlį, kai tuo tarpu aš niekad neužmirštu tavo šviesiosios aukštybės parėdymo ir šventai jo

laikausi. Ambrozijus savo klastinguoju prašymu parodo, kaip jis „graziai“ elgiasi tavo šviesiosios aukštybės akivaizdoje, kuriai kaip tik aš turėjau didesnį pagrindą pasiskusti ir prieš tą Ambrozijų, ir prieš kai kuriuos tilžiečius, jeigu labiau būčiau vertinęs savo privatų asmenį, o ne taiką. Iš tikrųjų tasai Ambrozijus Tomo Birchano akivaizdoje pavadino mane osiandrininku ir teigė, jog aš esąs laikomas osiandrininku ir kai kurių aukštos padėties žmonių Tilžėje. Kad tai yra tiesa, galės patvirtinti ragainietis Tomas Birchanas. Ne tik tą kartą, bet ir daugiau kartų aš buvau priverstas savo paties ausimis tai išklaudyti iš tilžiečių pusės. Kad tai tiesa, paliudys garbingasis Kraupiškių pastorius Augustinas Jomantas, kuris tada buvo su manim. Garsingasis ponas Andrius Aurifaberis tada mane paragino pasiskusti tavo šviesiajai aukštybei, bet nutariau verčiau kantriai tai pakesti, nesiskusti, ir dabar, taip piktai ir neteisingai apšmeižtas Ambrozijaus, visai nesiskundžiu, tik per giliausią dievo mielaširdystę prašau tavo šviesiąją aukštybę, kad ji nenuspręstų mane dėl tokio triukšmingo ir vaidingo to „mielojo žmogaus“ prasimanymo nubausti: juk mano nekaltumas dievui yra aiškiai žinomas.

Be to, Ambrozijui patariau prašytis patikrinamam prezidento dėl to, kad jis pažintų savo trūkumus ir atsisakytų savo siekimų. Jis buvo pas poną prezidentą ir atsinešė nuo jo įžymybės tokį liudijimą: jo įžymybė Ambrozijų paegzaminavusi ir nustačiusi, kad jis netinkąs nei diakono pareigoms, nei jaunuomenei mokyti. Todėl, kaip ponas prezidentas sakė, oficialiai ir derama tvarka jo toje tarnyboje patvirtinti negalys. Tačiau jo nuomonė esanti tokia, kad laikinai, kol bus atsiųstas mokytesnis, Ambrozijus galys būti priimtas. Aš nurašiau ponui prezidentui, jog mes ligi šiol negalėjome išsiversti be tokio žmogaus, kuris galėtų eiti mokytojo pareigas, giedoti lietuviškas ir vokiškas giesmes bažnyčioje, ir kad tokį žmogų jau turime priėmę ir išlaikome; jei jį reikėtų išvaryti ir jo vieton paskirti Ambrozijų, tai paprašiau jo kilnybės dokumento; jo aš kasdien laikiu, o taip pat paraginau, kad ir Ambrozijus jo palauktų. Taip pat ir ponas viršininkas ragino jo palaukti. Tačiau Ambrozijus, nepaisydamas visa to, stengiasi savuoju prašymu pasiekti, kad mokytojo vietą gautų dėl tariamojo mano pažado, kurio aš visai nesu davęs. Dėl tos priežasties jis mane neteisingai skundžia. Tuo atveju, jei jis norėjo tas pareigas gauti iš tavo šviesiosios aukštybės, nereikėjo jį tą reikalą painioti manęs ir užtraukti ant manęs tavo šviesiosios aukštybės pyktį; tada būtų galėjęs pasakyti truputį daugiau tiesos ir paskui pareikalauti to, kas, jo nuomone, yra reikalinga.

Štai toks yra šviesusis ir maloningasis kunigaikštis, atsakymas, kurį, tavo šviesiosios aukštybės paliepimu, turėjau parašyti dėl Ambrozijaus, Fileono s., prašymo. Nuolankiai prašau tavo šviesiąją aukštybę, maloningasis kunigaikštis, kad dėl tokio Ambrozijaus biauraus skundo tavo šviesioji aukštybė nenuspręstų mane koku nors būdu nubausti. Pagaliau, mūsų bažnyčios ir visos jaunuomenės vardu, maldauju, kad nebūtų paskirtas mokyklai vadovauti toks nemokytas žmogus, nes visas iširs ir išbėgios jaunuomenė, be kurios — kas puoš mūsų bažnyčią? Lietuvių liaudis tokio nepageidauja, kai turi už jį geresnį. Šiuos žodžius pasakiau ne dėl to, kad priešinčiaus tavo šviesiosios aukštybės valiai, bet kad ji žinotų, jog aš be jokių asmeninių išskaičiavimų rūpinuosi didžiausia bažnyčios nauda, atmesdamas visokius vaidus, kurių vengiu ir vengsiu ligi paskutinės savo gyvenimo ribos.

Tavo šviesiąją aukštybę
didžiai gerbiąs tarnas
Martynas Mažvydas,
Ragainės pastorius

Laiškas, rašytas 1561.VII.21.

(Mažvydas skundžiasi ūkininkavimo nesėkmėmis, bloga sveikata. Prašo, kad kuni-gaikštis skirtų jam du baudžiauninkus, kurie jo ūkyje dirbtų pasavaičiui, o taip pat pa-tvarkytų, kad parapiečiai duotų jam malkų, o bažnyčios taryba taisytų parapijos namus.)

Importunus et improbus fortasse videbor, Illustrissime Princeps ac Clementissime domine, dum priorem meam supplicem petitionem repeto rursumque novis precibus meis tuam Ill: Cel: audeam sollicitare. Sed nihil importunitatis et improbitatis est, quandoquidem turbulento statu fortunae meae oeconomicae gratiam tuae Ill: Cel: imploro, sine qua necessum erit oeconomia mea languida ut concidat et disturbetur. Et nisi tuam Illustrissimam Cel: nos miseri et calamitosi Pastores Lituani, tamquam numen quoddam propitium in hoc Clarissimo ducatu Prussiae nacti essemus, nullo modo in nostris functionibus persistere possemus propter miseriarum onus gravissimum. Quoniam vero tua Illustrissima Celsitudo me clementer ex Lituania in hanc regionem ad propagandam et praedicandam veritatem Evangelicam vocavit, me paterno affectu aluit, et amore christiano Principe digno complexa est, nec me unquam fovere, iuvare et munifica manu ornare destitit. Proinde nunc quoque tua Illustrissima Cel: nulla ratione pacietur me meamque oeconomiam extrema miseria versari, verum enimvero mihi clementer subveniet, eaque omnia, quae priori supplicatione humillime oravi, nunc iterum ordine resonans, spero me assecuturum.

Principio tuam Ill: Cel:, clementissime Princeps suppliciter rogo, ut mihi unum atque alterum operarium seu Scharwerker hebdomadatim dare iubeat tua Illustrissima Celsitudo. Nam ad exercendam agriculturam et ad praestandas operas oeconomicas nullos operarios habeo nec nancisci possum. Absque operariis autem tota oeconomia extremae ruinae et miseriae exposita est, qua in hac mea adflicta valetudine, ne opprimar, misericors Deus, in cuius manu omnia sita sunt, clementer avertat. Ipsi enim soli meae omnes difficultates, necessitates, miseriae et languores nec non et imbecillitates notissimae sunt, qui etiam solus subministrabit ea omnia, quibus scit mihi opus esse.

Praeterea tuam Illustriss: Celsitudinem rogo, ut mandato tuae Illustrissimae Cel: accipere possim a Parochianis meis ligna pro necessitate mea. Nihil gravaminis ipsis esse potest, si mihi unam vehem lignorum annuatim darent. Si ligna mihi denegabuntur, non sine gemitu magno comparare illa cogor. At gratiam et favorem meritus sum, quem expectabam.

Postremo tuam Illustrissimam Celsitudinem supplicatissime oro, ut serio mandato tuae Ill: Celsit: admoneantur Aediles Ecclesiae Ragneten-sis offitii sui, ut interiora domus Pastoralis et exteriora reparent, hor-reum, stabula ruinam minantia, sepes et reliqua alia restaurent tantummodo pro necessitate. Ego enim ab ipsis cum reparationem rogo, dilatione reparationis et aliis excusationibus absolvor. Atque haec sunt, quae prae-senti mea supplicatione statui enixe roganda a tua Ill: Celsit:, clementis-sime Princeps, et[...]meo, a quo etiam gratiam et clemens responsum expectabo, Deumque Patrem D. N. JHESV CHRISTI assidue et fideliter orabo, ut tuam Ill: Cel:, Clementissimum nutritorem ministrorum Verbi

sui divini diu servet salvam, viresque corporis et vires animi foveat efficitia virtutis suae divinae ad gloriam nominis sui divini et salutem Reipubl. Christianae et ad nostrum omnium singulare solamen.

F. T. III: Cel:
reverenter colens
Martinus Mosvid, Pastor
Ragneten. et [rector]

XIII

Vertimas

Šviesusis kunigaikšti ir maloningasis valdove, gal pasirodysiu esąs stačiokas ir įžūlus, pakartodamas savo ankstesnį nuolankų prašymą ir dar išdrįsdamas naujais savo prašymais varginti tavo šviesiąją aukštybę. Tačiau tai nėra joks stačiokiškumas ir įžūlumas, kai taip pairęs mano ūkinis gyvenimas ir kai tenka maldauti tavo šviesiosios aukštybės malonės, be kurios mano visai silpnas ūkis visai pairtų ir susmuktų. Ir jeigu mes, vargšai ir nelaimingi lietuvių pastoriai, neturėtume tavo šviesiosios aukštybės lyg kokios gailestingumo dievybės šioje garsiojoje Prūsijos kunigaikštystėje, jokių būdu negalėtume išsilaikyti savo pareigose dėl sunkiausios vargų naštos. Juk tavo šviesioji aukštybė į šį kraštą maloniai pakvietė mane iš Lietuvos skelbti bei platinti evangeliškąją tiesą, tėvišku palankumu mane išauklėjo bei apsupo krikščioniška, kunigaikščio verta meile ir niekad nesiliauja manęs globoti, man padėti ir dosnia ranka mane aprūpinti. Ir dabar tavo šviesioji aukštybė jokių būdu neleis, kad aš ir mano ūkis atsidurtų prie žlugimo ribos, bet maloniai man padės; todėl visa tai, ko ankstesniu prašymu nuolankiausiai prašiau, vėl iš eilės atpašakosiu, tikėdamasis, jog nebus man atsakyta neigiamai.

Pirmiausia, maloningasis kunigaikšti, nuolankiai prašau tavo šviesiąją aukštybę, kad ji lieptų duoti man pasavaičiui vieną, o paskui kitą darbininką arba baudžiauninką, nes neturiu jokių darbininkų ir negaliu jų gauti savo žemei apdirbti ir būtiniausiems ūkio darbams. Be darbininkų visas ūkis rیتasi prie galutinės nustumimo bei sužlugimo ribos, nuo ko, kai mano sveikata palūžusi, maloniai teapsaugo mielaširdingasis dievas, nuo kurio viskas priklauso. Juk tik jam vienam geriausiai žinomi visi mano sunkumai, trūkumai, vargai ir negalavimai, o taip pat visiškai bejėgiškumas; jis tik vienas suteiks man visa, ko, kaip jis žino, man reikia.

Be to, prašau tavo šviesiąją aukštybę, kad, tavo šviesiosios aukštybės parėdymu, iš parapičių galėčiau gauti malkų savo reikalams. Jokio apsunkinimo jiems dėl to negalėtų būti, jei jie duotų man vieną vežimą malkų per metus. Tuo atveju, jei dėl malkų gaučiau neigiamą atsakymą, būčiau priverstas jų gamintis su dideliu dūsavimu. Tačiau nusipelnčiau malonės ir palankumo, ir laukiu jo.

Pagaliau, nuolankiausiai prašau tavo šviesiąją aukštybę, kad, tavo šviesiosios aukštybės parėdymu, Ragainės bažnyčios tarybos nariams būtų rimtai primintos jų pareigos remontuoti pastoriaus namus iš vidaus ir iš lauko, restauruoti tiek, kiek būtina, klėtį, bepradedantį griūti tvartą, tvorą ir visa kita. Aš gi, kai paprašau juos visa tai pataisyti, išeinu išklaušęs kalbų apie remonto atidėliojimą ir kitokių pasiteisinimų.

Taigi, štai kokie tie dalykai, kurių nutariau šiuo savo prašymu būtinai prašyti tavo šviesiąją aukštybę, maloningasis kunigaikšti, (...); nuo jo lauksiu ir malonės, ir maloningo atsakymo, o dievą, mūsų viešpaties

Jėzaus Kristaus tėvą, be paliovos ir ištikimai melsiu, kad tavo šviesiąją aukštybę, savo didžiai maloningą dieviškojo žodžio tarnų maitintoją, ilgai užlaikytų sveiką, savo dieviškosios stiprybės veiksmingumu sergėtų jo kūno jėgas ir dvasios galias savo dieviškojo vardo garbei ir krikščionių visuomenės gerovei ir mūsų visų ypatingai paguodai.

Tavo šviesiąją aukštybę
didžiai gerbiąs tarnas
Martynas Mažvydas,
Ragainės pastorius ir [rektorius]
